Klaudiou Galenou Pergamenou ton sozomenon tina. = Claudii Galeni Pergameni Opuscula varia / A viro clarissimo, D. Theodoro Goulstono ... Graeca recensita, mendisque ... repurgata, et in linguam Latinam ... traducta ... Accessere ab eodem variae lectiones, & annotationes criticae.

Contributors

Galen.
Goulston, Theodore, approximately 1575-1632.

Publication/Creation

Londini : Typis Richardi Badger, sumptibus Ph. Stephani, & Ch. Meredith, 1640.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/frn7jcrd

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org


GALENI
OPUSCULA
COULSTON
1640

69465/B

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

WELLCOME
HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

GALEN

VIII 5

ΚΛΑΥΔΙΟΥ.
ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΥ
ΤΩΝ ΣΩΖΟΜΕΝΩΝ ΤΙΝΑ.

XIII 5.

CLAUDII GALENI PERGAMENI OPUSCULA VARIA.

A Viro Clarissimo,

D. THEODORO GOULSTONO,

Medicinæ Doctore, è celeberrimo Medicorum Londinensium (dum vixit) Collegio,

Græca recensita, mendisque (quibus scatebant) quàm plurimis repurgata, & in Linguam Latinam clariùs puriúsque quàm antehac traducta.

Quorum Titulos seriémque pagella proxima indicabit.

Accessere ab eodem Variæ Lectiones, & Annotationes Criticæ.

ROYAL MEDICAL SOCIETY OF LONDON

LONDINI,
Typis *Richardi Badger*, Serenissimi PRINCIPIS *Walliæ* Typographi:
Sumptibus *Ph. Stephani, & Ch. Meredith*, sub Aureo Leone
in *Cæmeterio Paulino*. MDCXL.

GALENI Opuscula hoc Libro comprehensa.

1 *Oratio ad Artes & Medicinam hortatoria.*

2 *Quòd optimus Medicus idem & Philosophus.*

3 *De Optimo docendi genere.*

4 *De Sectis, ad Tirones.*

5 *De optima Secta, ad Thrasybulum.*

6 *De dignoscendis curandisq; Animi Affectibus.*

7 *De dignoscendis curandisq; Animi Erratis.*

8 *De substantia naturalium Facultatum.*

9 *Quòd Animi Mores sequantur Temperamentum Corporis.*

REVERENDISSIMO IN *CHRISTO* PATRI, AC DOMINO, GULIELMO, ARCHIEPISCOPO CANTVARIENSI, totius Angliæ Primati & Metropolitano, *Regiæque Majestati à Secretioribus ac Sacratioribus Consiliis.*

HAud sine causa mirabere, Præsul amplissime, nec deerunt forsan qui vel imprudentiæ, vel impudentiæ etiam deputabunt, quòd homo ignotus, opus alienum, & professionis alienæ, Amplitudini tuæ porrigam. Méque ipsum sanè consilii ancipitem cogitationes istiusmodi aliquandiu destinebant. Cæterùm animos dedit, quem in te prædicant, qui interiùs te nôrunt, candor

dor eximius, cùm artium, literarúmque omne genus promovendi studio indefesso conjunctus. Accessit specimen in utroque genere satis luculentum, mihíque penè domesticum, *D. Fr. Taylero* genero meo (quo nomine non me minùs quàm ipsum, quem is tam prope attingit, Amplitudini tuæ obstrictum agnosco) nuperrimè exhibitum. Cujus in Orientalium scriptis vertendis (quibus conquirendis, explicandis, luce publicâ donandis, quàm immensas solicitudines, sumptúsque impenderis, ultra omnes qui apud nos hactenus extiterunt, eruditorum cœtui universo est compertissimum) & cœpta vultu sereno excipere, & studia adminiculis insuper adjectis fovere dignatus es. Perpulit porrò lucubrationum harum Autoris ipsius ad eam, quam Amplitudo tua nunc obtinet, sedem respectus: utpote qui familiæ Lambethanæ, sub venerandæ memoriæ Antecessore tuo, dum superstes egit, in rem Medicam spectantibus operam sedulam jugémque præstiterit. Pervicit denique, quæ & exigere videbatur, viduæ ejusdem pietate insignis fœminæ recens adhuc memoria, quæ ad reditus Ecclesiæ, quorum ea jacturam perpessa fuerat, & restituendos, & in futurum quàm firmissimè constituendos (quo in negotio, ex mente honori divino deditissimâ, nec sumptui illa nec labori pepercit) Amplitudinis tuæ ope operáque & adjuta, & cumprimis subnixa est. Quin & salarium annu-

um,

um, Anatomen in urbe Londinensi apud suos prælecturo, à marito destinatum, à semetipsa stabilitum, Amplitudinis tuæ patrocinio tutelæque commendavit. Eisdem hisce itaque cùm insistam vestigiis,

—ἴχνι θεμαὶ κονίῃ στείβων ἐπὶ καλὰ ἄροθρα,—

notam sequiorem, vel penitus defugisse, vel ex parte saltem eluisse spes habet.

Verùm, *Quid tibi*, forsan regeret quispiam, *cum lucubrationibus istis? cur in messem alienam falcem immittis? aut quid tibi cum rebus Medicis, qui Theologus audis?* Opponere possem è trivio illa, nulli ferè non nota, non agnita: Artes cæteras Theologiæ ancillari universas: nec à rei Medicæ consideratione & cognitione, quemadmodum nec à reliqua humaniori literatura (quantumcunque reclament

Νήπιοι, οὐς ἐδίδαξαν ἀνιστορὰ μήματα Μώσα)

rerum divinarum studia quenquam arcere. Denique quo modo animæ cum corpore, ex communi vinculo, quo sibi invicèm illigantur, ità Theologiæ cum Medicina, necessitudinem arctissimam planè intervenire.

Possem & ad operis Argumentum confugere, quod maxima ex parte rem Ethicam agit: cui inter spatia Theologica nisi locus concedatur, Legem ipsam divinam [illegible] fundatur, quæque in ea consum[illegible] magna ex parte consumitur, simul exterminari necesse fuerit; ut ne adjiciam, quòd li-

bros illos, qui de Sectis Medicorum inscribuntur (nam de cæteris nemo non statim adverterit) *Photius* Patriarcha, judicii acerrimi Scriptor, φιλοσοφίαν μᾶλλον ἢ ἰατρικὴν ἀσκήσειν, pronunciat. Verùm mihi κρησφύγετον hîc paratissimum ab Autore ipso; de quo pauca apud Amplitudinem tuam præfandi incumbit necessitas. Arduum is opus aggressus fuerat; *Galeni* nempe (scriptoris, Deus bone! quanti, quàm elegantis, quàm perspicacis? quàm in omni literatura ad miraculum usque exquisitè eruditi?) quotquot supersunt, universa in classes certas digerere, Græca recensere, exemplaribus tam excusis, quàm & manu exaratis secum invicèm collatis scripturam mentémque (quantum poterat) genuinam elicere, Latinis auribus clariora purioráque exhibere, analysi accuratâ, notisque criticis adjectis illustrare. Cæterùm ista molientem *mors acerba et immatura* (talis enim ea *Plinio*, nec immeritò, in eis censetur, quacunque illi ætate constituti defunguntur, *qui immortale aliquid parant*) cum rei literariæ dispendio haud exili, in ipso ferè limine intercepit. Ab his interim exorsus fuerat, quæ artium studia & Philosophiam, ratione laxiore, notione generaliore spectarent. Placuit autem isti agenti, ex eis quibus familiariùs utebatur, me deligere, non quidem quem in operis partem accerseret, sed

quocum

quocum in hisce consilia sua subinde communicaret; quod & candore suo insigni in scriptis ipsis testatum voluit. Quin & in extremis positus poscere non destitit, ut Conjugi charissimæ adessem, in eis quæ relinqueret perlustrandis; quo quæ jam absolvisse visus esset, publici juris futura, â cæteris secernerentur. Accessêre Conjugis fidissimæ, cui Mariti Testamentum inviolatum præstare, summa cautio, singularis religio fuit, preces (apud sponte suâ officii ratione proclivem satis) sæpiusculè repetitæ. Nec urgere destiterant καὶ ἤδη πρέχοντα ὀπεύνειν, quibus opus ipsum illa exequendum delegerat, fidei-commissi fideliſsimè præstiti nomine inprimis laudandi, probitatis pietatisque exploratæ par fratrum, *Stephanus Ezechiélque Barkhamii*, ut quod ille primò petierat, repetierat illa, utrique tam enixè semper expetere sunt visi, operi tam utili, tam necessario, cui ordiendo adfuissem, promovendo, ad umbilicum perducendo, in publicum edendo, opellam impendere nè gravarer. Habes, Præsul Amplissime, rationes, quibus permotus, & munus istud suscipere inductus, & Clementiam tuam compellare sum ausus. Quibus explicandis quum prolixior fuerim, vereor valdè, ne dum notâ leviore extricare me conor, culpâ graviore imprudens involverim; & in publica nimis peccarem commoda, dum existimationi

patefieri? 1 Demonstratione Logicâ, 2 Scientiis Mathematicis, 3 Physiologiâ, 4 Philosophiâ Morali, 5 Grammaticâ seu Criticâ? Sed harum singulæ ordine suo. Atque inter cæteras prima & maxima sese offert Analytica-ratio demonstrandi: quæ sola scientias omnes peperit; Academias, quales nunc sunt, florentissimas extruxit; cuivis Literarum & Philosophiæ parti, tam Activæ, quàm Contemplativæ, & lumen & numen accommodavit: ex qua denique, ut aliarum scientiarum, ita & Medicinæ, quæ cæterarum Idea & comprehensio est, Fundamenta & Nervi stabiliuntur. Itaque scientificas demonstrandi præceptiones quicunque à tenera ætate ex Academiarum fontibus, hoc est, Euclideo more demonstrandi, arripuerit, eásque per omnem ætatem in Medicinæ Theorematis expresserit, in Praxi quotidiana apud singulos ægrotos allaborârit, neque cujusquam corium cutémve, sine demonstratione temperamenti, morbi, virium, aliorúmque priùs habitâ, contrectârit, eum cæteris prælucere omnibus, hominúmque saluti, quàm minimo cum periculo consulere si neges, quoties, Deus bone, testatur, vel potiùs obtestatur Galenus, cùm alibi, tum Lib. de librorum suorum Lectione? Cujus si libri quindecim de Demonstratione apud nos hodie extarent (quibus hæc quæ dico docuisse se profitetur) nihil esset amplius, cur de istis ambigeretur.

1 Analytici, seu Demonstrativi.

2 Mathematici

Tyronem subinde excipiunt Scientiæ Mathematicæ, quæ in omnium rerum expatiantur campos, neque secludi se patiuntur uspiam; Arithmetica, Geometria, Astronomia, &c. quarum tibi institutio, saltem primoribus labris, nisi degustetur, nihil est, quod Medicinæ partes, quas suscepisti, explere te posse, ne dum adornare aliquando speres. Quid ita, inquis? Respondet Galenus, ob causas duas. Primò, quia sine Mathematicis nec intelliguntur ea, quæ ad Anatomicas Dimensiones, nec quæ ad Pharmacorum Doses, ad Chorographicas Descriptiones, ad Criticos dies expendendos, aliásque Medicinæ partes faciant. Deinde (quod multò majus) quia regiam demonstrandi viam sola aperit Mathesis, sola illa præ cæteris scientiis propter rerum, quas tractat, certitudinem certo

certò sapit, téque, nè probabilium argumentorum umbrâ decipiâre, serio sapere docet. Vt in omni Medicinæ parte, si Mathematicæ demonstrandi viæ diligenter institeris, rationes tuas non oratoriâ specie ad pompam, aut Dialecticâ dissertatione ad probabilitatem, sed Analyticè elimatas ad veritatem afferre possis.

Tertiò, jam verò demonstrandi Artem ubi ex sententia didiceris, atq; in Mathematicis te examussim exercueris, res etiam tibi Naturales, quæ in demonstrationem quoque veniunt, non minus explorandæ sunt acriter, animôque perlustrandæ: quippe quarum scientiam (quam Physiologiam vocant) dici vix potest, Medicinæ Candidato, quàm luculenti sit lucri. Etenim percurre mihi summa Medicinæ capita: Num Anatomicæ Demonstrationes, Pharmaceuticæ, Diagnosticæ, aliæq; omnes aliundè dimanant, quàm ex Physicis? An alia in ipsis Theoremata inveniuntur, quàm aut Physiologica, aut quæ ex Physicis suam mutuantur lucem? Ac Physicarum quidem rerum aliæ generales habentur, primisq; principiis propinquæ: ut Motus, Locus, Tempus, Motiones Cœli, &c. Aliæ particulares, atq; humanæ constitutioni propiores. De prioribus igitur, quæcunque Aristoteles in Physicis suis, in lib. de cœlo &c. conscripsit, ante omnia Tyroni explorata, atq; in promptu esse oportere, nemo est, qui nescit. De posteriori genere Galenicos Commentarios habes, nec numero, nec magnitudine exiles: Libros de Elementis II. de Temperamentis III. de Facultatibus Naturalibus III, &c. in quibus ea, quæ Medicinam propiùs attingunt, non sine summo consilio descripsit Noster. Cætera si desideres, ad abstrusiores te fontes Physiologiæ remittere voluit; unde singula, si quæ minutiora sint, pro tuo arbitratu affatim haurias. 3 Physiologici

Quartò, Naturæ subtilitati consequens est Philosophia Morum. Cujus Theoremata etiam omni ætati, non tantùm Tyrocinio, neque Theoriæ solùm, sed & Medicinæ Praxi perquàm necessaria. Nam si Temperamentum Corporis comitentur Animi Mores, si ex Moribus Animiq; Pathematis plerique nascantur Morbi, ecquis inficias ierit, ad Morbos 4 Ethici.

ægrorum dignoſcendos levandóſque ſcientiam morum conferre? Medico autem ipſi, quàm uſui ſit eadem diſciplina, quis ignorat? ut priuſquam alteri laboranti admoveris manum, tibi ipſi ne animo labores, Medicinam faxis: quò pravitate animi, omnigq; ſordicie detersâ, probitate, conſtantiâ, moderatione morum, cæteríſque virtutibus quàm ornatiſſimus fias. Quarum commendatione, ſi quis provinciæ, quam occupavit, amplitudine videatur dignus, idem haud dubio ſibi ipſi honori, aliis documento fuerit, & medendi ſtudiis morbíſque relevandis conſtantiorem operam daturus eſt. Itaque à Medicorum moribus quantum conſilii, quid integritatis, conſcientiæ, gravitatis, ſemper poſtulatum fuerit, difficile dictu eſt; cum vulgò, niſi qui medicè ſciat, prudentem ferè neminem putent: Judæis hominum antiquiſſimis de cælo lex data eſt, ut Pontifex ſummus Medicorum expleret partes: recentiorum Pontificum Canones Doctorem Medicinæ etiam Semi-theologum eſſe ſanciêrunt. Quamobrem Galenus propè divino Spiritu afflatus, Tyronibus noſtris ad mores conformandos, vitámque rectè inſtituendam ne quid deeſſet, Commentariis Ethicis, quantum potuit, univerſa complexus eſt. Ex quibus, ſegnitie ſeculorum evênit, ut malè perierit bona pars; perpauci, qui ſupererant, iíque quantivis pretii, verſantur in manibus.

Libri de Philoſophorum Sectis.

Et quia hiſce de rebus Philoſophorum veterum turba, in plures abière familias, alii aliis ſtudiis, factionibúſque addicti; ea ne Tyroni fraudi eſſent, de ſingulorum Familiis Commentationes edidit Galenus: ut ne à primo veſtibulo turbetur & titubet Tyro noſter, ſed in una Claſſe, quid de Platonis Dogmatibus judicii ferat, in altera de Ariſtotelis, in tertia de Stoîcis, in quarta de Epicureis quid æſtimandum, cuivis candidato facillimum ſit intellectu.

5 Philologici.

Quinto, reſtat ad perpoliendum Medicum (id quod Grammatici Criticíque munus eſt) propter incredibilem rerum nominúmque cùm varietatem, tum & difficultatem, obſcuriorum vocum cognitio atque interpretatio, utì & uſitatarum elegantia & venuſtas: quæ ſi quando in noſtro deſideretur, non dico apud ægros, ne fidem atque authoritatem

tem obtineat, verùm & ea, quæ obscuriùs traduntur, nè intelligat, quæque literis consignanda occurrunt, ut turpiter taceat, necesse est. Obscuriorum nominum, quæ apud Hippocratem, aliósque Authores antiquissimos habentur, quot genera, quo pacto exposita ab aliis, quo sensu tibi ipsi sint accipienda, clarissimè notavit Galenus, libello, seu Alphabeto de Glossarum Hippocratis explanatione. Quæ autem voces apud Atticos Scriptores, veteres Comicos, aliósque Poetas occurrerunt, immensis Dictionariorum Lucubrationibus ita omnia complexus videtur; ut quicquid ad vocum proprietates, translationes, mutationes, distinctiones explicandas faceret, Adversariis lexicísque suis (quorum mentionem facit lib. de lib. propr.) nihil intactum, vel intentatum reliquerit. Quæ si uspiam locorum jam apparerent, quantum nobis ex Critico seu Onomastico studio acquiri posset emolumenti, quantam huic seculo, quod jam diu Philologicè turgere & propè insanire cæpit, moderationis & Breviloquentiæ Onomasticæ accederet, nemo est, qui in dubium vocârit.

Sed de his satis supérque. Summa est. Ex iis quæ leviter percurri, vel luce clarius perspicitur, nihil Medico sive nascenti, sive ætate confirmato videri invenustius, quàm linguæ infantiam, quàm pravitatem morum, quàm Mathematicarum aut Physicarum rerum, aut demonstrandi denique imperitiam. Contráque in eo, non si è millibus unus, sed si aliquotus esse cupiat, subtilitatem posci Analyticam, Theoriam Physicam, Descriptiones Mathematicas, Moderationem Ethicam, Criticam denique Pensitationem vocum, Lexeósque Venustatem. De quibus ferè singulis quos libros composuit, ipse libell. de libr. propriis sigillatim meminit: quo autem ordine in Classes disposuerit, commonstrabit tibi Tabella sequens.

Ad Tyronis Natalitia atq; Institutionem postulantur quinque.

1 *Demonstrandi Ratio, i. Analytica Methodus: de qua, Cl.* 11.

2 *Scientiæ Mathematicæ: de quibus deest Classis sua.*

3 *Physiologia, tum generalis: cui sua quoque forsan Classis fuit: tum specialis:* quæ à Galeno *in principio partis Diagnosticæ posita est.*

4 *Moralis Philosophia: de qua, Cl.* 12.

De variis Philosophorum Sectis, & —
- 1 *De Dogmatibus* Platonis, *Cl.*13.
- 2 *De Doctrina* Aristotelis, *Cl.*14.
- 3 *De Stoicis, Cl.* 15.
- 4 *De Epicureis, Cl.*16.

5 *Explicatio nominum & definitionum Medicarum Grammatica, seu Critica, i. Philologia Medicinæ, Cl.*17.

§. 4. Testamentum *Galeni.*

Testamenti *Galenici.*

HActenus Medicinæ & Medicorum Parens: qui ut paterfamilias in augenda re, in operibus ædificandis, nec ætati grandiori pepercit, nec labori; ne spiritum quidem otiosum duxit unquam; per omnem ætatem nocturnâ diurnâque curâ nihil non egit; quo bonorum volumina, inquam, quàm posset immensa, filiis posterisque pareret. Quæ quidem cùm longo molimine à prima ætate ad ultimam senectam contexuisset, ne frustra nobis hæc essent, filiósque indotatos, aut exhæredes abire pateretur, sub ipso discessu testamentum condidit Grandævus Pater; quo summam Animi pietatem atque indulgentiam significavit in suos. Cùm enim, etiam ipso vidente ac vivo, nonnulli possessiones & opera ejus perinique invaderent, atque corrumperent, alii per plagium vindicarent pro suis; alii denique (quod & ipse testatur) ad ineptias suas cohonestandas nomen ipsius præfigerent:

Inventarium, i. Librorum Catalogus.

gerent: apud eum precibus contendèrunt Bassus, Eugenianus, *cæteriq; discipuli, ut priusquam fato desungeretur, quæ essent verè sua, Commentarii Syngraphâ indicaret. Itaque eorum desideriis morem gerens, non modò probis filiis suorum operum tradidit summam, sed & Inventarii ipsius usum docuit: quis cuique filio legaretur fundus, quem singulis bonorum usum, copiam, ordinem, methodum Testamento commendaret. Ac Inventarium quidem habes Libro de Lib. prop. usum fructúmque, Libello de Lib. Lectione.*

Et usus, i. Librorum legendorum Ratio.

§. 5. Distributio Operum omnium *Galeni* in septem Volumina, seu Tomos.

Commentariorum summam & supellectilem tenes: cujus clautities atque amplitudo admirationis plena; Distributio in sedes loculosq; non injucunda. Genera ipsa & quasi capita prima recensui quatuor. 1. *Vt Medicinæ Rationem teneas.* 2. *Parentes Rationales revereare.* 3. *Tyronum sobole gaudeas.* 4. *Inventario bonorum perlecto hæreditatem capessas tuam. Hæc summa & generalissima capita (ut numero rotundo loquar) in classes ferè viginti ab ipso Authore dispertita sunt. Classes dixi? seu Classium vestigia, & simulacra potiùs? in quibus pleráque opuscula demutilata, complura etiam per injuriam temporum extincta esse ingemiscimus. Sed minimè jam prosunt querelæ. Nos tantâ calamitate perculsi,* Galeni *vulneribus, quæ tanto hiatu diducuntur, mederi aggredimur, vel potiùs parentis nostri reliquias, atque ossa dissipata postliminiò jam querimus: quæque ille integra & XX. Classibus distincta composuit, nos saucia & intermortua VII. Voluminibus quasi fasciis colligamus, & si quâ datur, crassioris ingenii quasi callo agglutinamus. Quâ quidem Operâ si quid grati vel Lectori* Galenico, *vel Medicinæ, Artiúmque studiosis fecerimus, Tabellam, quæ subjicitur, cùm ipse boni consuluerit, tum si quid aliis minus perpolitum videbitur, Patrocinio suo, aut saltem Excusatione sublevare dignabitur.*

Galeni Operum Volumina septem.

Galeni

Galeni *Operibus continentur hæc:*

1 *Essentia Medicinæ: ejúsque partes quinque:*
- *Anatomice, Vol. 1°.*
- *Pharmaceutice, Vol. 2°.*
- *Diagnostice, Vol. 3°.*
- *Therapeutice, Vol. 4°.*
- *Prognostice, Vol. 5°.*

2 *Parentes & Principes Medicorum:*
- *Rationales, seu Dogmatici: inter quos insignissimi tres.*
  - Hippocrates.
  - Erasistratus.
  - Asclepiades.
- *Empiricorum Secta.*
- *Methodicorum Factio.*

Vol. 6.

3 *Conformatio seu Institutio Tyronis Medici. Ea quinque Artibus absolvitur.*
1. *Demonstratione, seu Analyticâ Methodo.*
2. *Mathematicâ: ut Arithmeticâ, Geometriâ, Astrologiâ, &c.*
3. *Physiologiâ.*
4. *Morali Philosophiâ.*

Accedunt Philosophantium insignium Dogmata:
- Platonis.
- Aristotelis.
- *Stoicorum.*
- *Epicureorum.*

5. *Emendatione Grammaticâ.*

Vol. 7.

4 *Testamentum* Galeni *de Operibus suis, eorúmque Lectione.*

Hactenus Præfatio in *Galenum.*

De GALENI Operibus.

Præfatio de *Galeno*: De Libris ab eo conscriptis, eorúmque Divisione.

GALENUS *Anno* CHRISTI 133. *sub* Ælio Adriano *natus fuit: Patriâ* Pergamo, Asiæ *oppido, Patre* Nicone, *Geometrâ & Architecto, Prænomen* Claudii, *nomen* ἀπὸ τοῦ γαληνοῦ *tulit: i. animo sereno, vitiísque libero. A teneris Mathematica Elementa, Rationésque Dialecticas à Patre institutus arripuit. Exacto ætatis anno* 14, *Philosophos per quinquennium audivit, usque ad obitum patris: quum ex vehementiore animi affectu in somniis moneri visus, ad Medicinæ studia se adjecit, in quâ Præceptores per novennium habuit; in Patria* Satyrum, Pelopem Smyrnæ, Numisianum Corinthi. *Cùm annis indè consecutis doctissimorum hominum congressus frequentâsset* (Alexandriâ, Ægypto, Palestinâ, Italiâ, *cæterísque Regionibus peragratis*) *anno ætatis* 38, *à* Marco Aurelio *Imp. ex* Asia *in* Italiam *accersitus est, ubi primò* Aurelii Commodi *valetudinem per triennium tutatus, mox* Aurelio *ipsi à Sacris Medendi Curandique consiliis fuit; nec non Imperatoribus cæteris*, Commodo, Pertinaci, Didio, *tandémque* Sep. Severo, *apud quem singulari gratiâ & honore cùm floruisset, subinde inter Bella Civilia rediit in Patriam,*

Galeni Natalitia, 133

Et Institutio. 147

152

161

171

195

triam, ubi septuagenarius è rebus humanis emigravit. Hæc summatim. Reliqua in vita Galeni Gesnerus, Gemusæus, Lacuna, Neander, *alii.*

Scripta,

Eruditissima ejus Opera Romanorum Imperatorum *Auspiciis in lucem edita, unà cum ipsis eadem propè fata subiêre:*

412 *Primùm Bello* Gothico, Barbarorum *Incursionibus discerpta;*

800 *mox* Sarracenico, *ad* Arabum *Colonias transvecta: posteà* Semi-Latinorum

1258 *versionibus vixdum reversa in* Europam: *Postremò illustrissimorum* Britannorum, Gallo-

1500 rum, Germanorum *editionibus restituta.*

Librorum *ejus omnium* Numerus *quis fuerit, incerto incertius. Alii quingentos omnes fuisse memorant; alii quadringentos de* Medicina, *de aliis Disciplinis supra ducentos quadraginta.* Athenæus *tot* Medicinalia, *& Philosophica* Galenum *narrat condidisse, ut Scriptores ante se superârit omnes.*

Et eorum Dispositio triplex.

Nec minùs de illorum Ordine & Dispositione *controversum est: Dum in* Africa *exularent,* Avicenna *eos in suam Methodum, confusiorem illam certè, reconcinnavit. Postquam in Patriam remigrârunt, recentiores* Europæi, (Sylvius, Montanus, Julius Alexandrinus, Gesnerus) *Opera ipsa restituêrunt; Methodo alii aliâ, & suum quique genium secuti, dispertiri, nè dicam dissociare conati sunt. Qui si oculatiùs, penitiúsque* Galenum, (*qui optimus sui interpres*) *introspexissent, in unum idémque Methodi fœdus jampridem omnes coiissent. Is enim Commentariis de Libris suis, eorúmque Lectione, tres nobis Librorum Ordines, Methodósque exhibere voluit: Vnam Historicam, quoad seriem annorum* (*quibus singulos exaravit:*) *Alteram Analyticam; ex rerum propositarum distributione: Tertiam* πανδεκτικὴν, *penes ordinem legendi. Primâ Methodo, ex quibus initiis, quæque primò ipse conscribere aggressus est, explicandum fuit. Secundâ, nihil aliud, quàm Res & Argumenta scribendi spectare voluit. Tertiâ,* Tyronum *legentium captui consuluisse videtur; ut ex singulis argumentis, quid primò, quid secundò quid postremò cuique lectitandum esse, nè ignorent. Cùm igitur*

1 Historica.
2 Analytica.
3 πανδεκτική.

Divisio

Divisio prima & tertia personarum sint (quasi præceptoris & discipulorum.) Secunda seu media ipsarum rerum: (quarum ut ratio & natura apud omnes eadem manet: ità & Methodus mutari nunquam poterit) cum Galeno *secundam secuti, personis (quarum ratio incerta est) certissimas (quæ ex operum Argumentis sumuntur) distinctiones anteponimus.*

Galenus *ipsum si audiamus, eo se testatur ipse filo texuisse opera sua, sic distribuisse, ut primo de universæ Medicinæ Natura Partibúsque: Deinde de primis parentibus & familiis Medicorum: tum de conformando Medico Rationali: Postremò etiam* Tyronibus, *posterísque φιλιατρίς Commentarium de ipsius Libris, quasi Thesaurum amplissimum reliquit doctrinæ & sapientiæ suæ. Quadruplici ergo fælicitatis cumulo sic genus humanum Medicorum filios cum primis beare videtur voluisse.* 1. *Medicarum Artium bonis;* 2. *Nobilitate Majorum;* 3. *Pulcherrimâ Posterorum Prole.* 4. *Patrimonio & benedictione prudentissimi Parentis! Hæc quatuor, nisi me fallo, & summa fuêre, & prima Scriptorum* Galenicorum *genera. Hæc sapientissimè ab ipso Authore in Classes, circiter viginti, distributa comperies, modò Tabellas, quæ subjicientur, seriatim animadvertas.*

Analytica distributione, Alii Libri sunt de Partibus Medicinæ. Alii de Parentibus. Alii de Filiis instituendis. Alii de Testamento Patris.

§. 2. Librorum *Galeni* de Natura & Partibus Medicinæ Subdivisio in Species quinque.

Ecce igitur primam atque amplissimam fælicitatis hujus nostræ partem, absolutissimam Medicinæ Naturam, ejúsque partes, sive Artes quinque. Quarum bonis, Medicúmne dicam, an potiùs universum ditavit Galenus *mortalium genus? Quorum singula (studiosissime Lector) ut sapias, atque ut tua bona nôris, ni tædio te morer, perpaucis faxo intelligas.*

Libri *Galeni* de Partibus Medicinæ quinque.

Medicina (cùm Finis, tum Subjecti sui ratione) definitur Scientia, vel Ars, vel omnino Professio corporis humani sanitatem conservandi, morbósque profligandi.

Partes ejus insigniores (ex quibus integra ipsa constituitur, & quibus unumquemque Doctorem locupletari decet) ad mini-

mum numerantur artes celeberrimæ quinq;. Somatologia, Pharmaceutice, Diagnostice, Therapeutice, & Prognostice: *Quarum prima merè Physiologica est: de homine integro & sano. Secunda & tertia de duobus Elementis Medicinæ; Medicamento, & Morbo; in quibus prima Medicorum Cognitio, seu Theoria regnat. Quarta & quinta. Medicum non modo sapientiore cognitione perficiunt, sed (quod caput est) usu & prudentissimâ medicandi Praxi. Ac Libri, quos de singulis exaravit Noster, post tot seculorum decursum, complures supersunt: Artes ipsæ, ut dixi, libris illis continentur quinque, totidemq; Classibus comprehensæ.*

Anatomici. *In prima Classe igitur* Somatologia *occurrit, quæ partim Anatomica est, quatenus partes corporis singulas describit, partim Philosophica, quatenus partium actiones, ususq; sigillatim demonstrat.*

Cui inservit ea, quæ Dissectio, seu Anatomica Operatio nominatur.

Pharmaceutici. *Secundam Classem tenet* Pharmaceutice, *quæ Mineralium, Plantarum, cæterarumq; rerum Physicarum Conditiones & Compositiones edocet, quatenus ad sanitatem faciunt.*

Huic inserviunt μεταλλικὴ, βοτανικὴ, *Metallorum, Plantarum, aliorúmque cognitio; sive Analytica sit, cujusmodi fuit* Theophrasti, *aliorumq; Philosophorum explicatio; sive Empirica & Ocularis; qualem exposuit* Dioscorides, *aliiq; ferè inferioris ætatis Botanici & Chymistæ.*

Diagnostici. *Tertiâ Classe continetur* Diagnostice, *quæ Symptomata, & Morbos, eorumq; tum Causas, tum etiam Genera, Species & Differentias explicat, ut priori ratione* αἰτιολογικὴ; *posteriori,* παθολογικὴ *appelletur. Atq; horum quidem generales rationes duntaxat, sed accuratè & Analyticâ Methodo nobis tradidit* Galenus. *De singulorum quidem morborum Generibus & Causis, legendi sunt* Arabes, *& qui eos imitantur, posterioris seculi Scriptores: à quibus singulos morbos & symptomata à capite usque ad calcem, partim leviori & superficiariâ, i. Methodicorum Ratione, partim*

partim craſsiori & Empiricâ declarari conſpicimus. Galenica verò, id eſt, Analyticâ Minerva *& Methodo nihil dum ferè à quoquam abſolutè demonſtratum vidimus. Etenim quâ Methodo Morborum, Cauſarum, Symptomatum, & Genera ſumma, & primas differentias demonſtravit* Galenus, *eâdem ſingulas ſingulorum ſpecies, differentiáſque explicare, diſtinguere, ad vivum reſecare, non rhapſodicè, non methodicè, ut ſolent, ſed preſsè, ſed analyticè, & Mathematicorum more demonſtrare ac diducere,*

Hoc olim qui faxit, erit mihi magnus *Apollo.*

Therapeutici.

Quarta in Claſſe conſpicitur quarta & præcipua medendi Ars, quam Therapeuticam *vocant, quæ ſola apud nonnullos* ἰατικὴς, *id eſt, Medicinæ meruit nomen. Ea ſalutarium remediorum uſu victúſque ratione habitâ,* 1 *Sanitatem Corporis tuetur,* 2 *Imminentia pericula avertit,* 3 *Morbóſque tollit; primóque ſenſu* ὑγιεινὴ *dici ſolet, ſecundò* προφυλακτικὴ, *tertiò* ἰατικὴ κατ' ἐξοχήν. *Quæ quidem omnia, ſi victus ratione idoneâ præſtiterit,* διαιτητικὴ *dici poteſt; ſi Medicinis, ſpeciali nomine* φαρμακευτικὴ; *ſi manuali operatione & inſtrumentis,* χειρουργικὴ *nuncupari conſuevit.*

Prognoſtici.

Quinta & ultima reſtat, Prognostice, *quæ ex ſignorum obſervatione, pulſuum, ſymptomatum, actionum, excretorum, &c. præterita in memoriam revocat, præſentia explorat, deq; futuris prædicit. Ac primâ acceptione apud modernos* ἀναμνηστικὴς *meretur nomen, ſecundâ* σημειωτικὴ *nuncupari ſolita, tertia ſecundùm eminentiam quandam* προρρητικὴ & προγνωστικὴ. *Illud notandum: Demonſtrationes, (quæ ab hac Arte, quam* Prognoſticen *vocamus, afferuntur) ab aliarum Artium rationibus ità diſtare; ut illæ, ſemper* διότι, *& à cauſis, effecta, & poſteriora colligant; hæc,* ὅτι, *& ab effectis progrediatur ad effectuum cauſas eliciendas.*

Quid igitur Medicina ſit, quæ Partes ejus Eſſentiales, per quinque Galeni Claſſes *didicimus, quod ex ſubjecta tabula liquidò conſtabit.*

Medicinæ Partes apud Galenum, *explicantur quinque.*

1. Somatologia, *de Anatomicis, &c.* — Class. 1.
2. Pharmaceutice, *de simplicibus, &c. comp. Medicamentis.* — Class. 2.
3. Diagnostice, *de Morborum Generibus & Causis.* — Class. 3.
4. Therapeutice, *de Medendi Methodo, &c.* — Class. 4.
5. Prognostice, *de cognoscendo uniuscujusque Ægroti Morbo, deq; Morbi Temporibus & Crisi.* — Class. 5.

§. 3. Librorum de Parentibus & Sectis Medicorum, Subdivisio.

Medicinæ prima generatio, ab experientia *Chironis.*

EXposui Medicinæ Partes. Nunc antiquissimos Parentes edicam; nec Medicinæ duntaxat, sed & reliquarum Artium omnium. Nam cuilibet Arti ut Experientia & Memoria instar Parentum essent, Ratio divinitùs immissa Formam luménque adderet, Naturæ lege sancitum est. Vnde præstantissimi Artifices, à principio Rationales dicti: Posteà, violato Naturæ jussu, quidam, contemptâ Ratione, Empirici; Alii, experientiâ conculcatâ, Methodici dici maluerunt. Verumtamen ut prima Medicinæ Natalitia indicaret antiquitas, Parentem ejus à Principio fuisse dixit Experientiam & Vsum: Cujus ope Apollo, *divinitùs irradiando,* Æsculapium *genuit, sive Genium, seu Rationis æthereæ Deum. Sed quoniam hæc Mythologiam sapiunt, Allegoriis prætermissis, rem nudam*

Educatio, ab *Æsculapii* Ratione & Studiis.

doceo. Primus Medicinæ Parens Æsculapius *fertur, qui* Chirone *sene præceptore usus, Experientiæ Magistri sui divinissimæ Rationis lumen adjunxit. Etenim Medicos omnes ante* Æsculapium, *rudes, sciolos, vixque Empiricos extitisse oportet; nihil ultrà, quàm Herbalistas, Pharmacorum inquisitores, Manuarios Opifices, Chirones, seu Chirurgos. Cùm igitur*

igitur Parens ille Æsculapius *Vsui Artem, Observationi Rationem adjiciens, Rationalem Methodum elicuisset, mox Filios suos eandem Disciplinam docere cæpit: quo tempore Medicina, quæ anteà splendoris expers extiterat, ex humili loco in celsiorem evecta, & ex Ancillâ in Dominam, Principémque mutata est. Vt enim qui à principio Bajuli, Remiges, Fabri, Lixæ extiterant, postquam usu rerum, scientiáque peritiores evaserent, Domini jam indè esse incipiunt, Gubernatores, Architecti, Archimagiri, atq; omnino tales, quibus bajulos, cæterásque operas inservire par est: haud dispari modo Medicus, qui provectiore mundi ætate Chirurgis, & Pharmacopœis utebatur, ut famulis; à primo rerum tyrocinio, cùm nondum Ars nata esset, haud alium quàm Chirurgi, vel Pharmacopœi meruit nomen. Medicina igitur ab* Æsculapio *Patre hoc pacto provecta, quasi perpetua & hæreditaria Possessio* Æsculapiadarum *Familiæ inhæsit, à Parentibus ad Liberos, per annos prope* DCCC. *perducta. Vnde antiquis hominibus in more positum fuit, ut Artis Medicæ peritissimos* τῶν ἰατρῶν παῖδας, *Medicorum filios vocarent.*

Nobilitas, ab *Hippocrate*, & Rationalibus.

Iam Artem ipsam, quum Rationali Methodo paulatim contignata, seriatímque contexta esset, consignabant literis Hippocrates *Avus,* Heraclides *Pater, & potissimùm* Hippocrates *Nepos, quem meritò nos Magnum dicimus: quos posteà secuti sunt* Asclepiades, & Erasistratus Aristotelis *Nepos, Antistites Rationalis Sectæ.*

Degeneratio, sub Empiricis.

Eodem ferè tempore à Regia hac Rationalium via defecêre Empirici: qui ad præsidia sanitatis contra morbos invenienda, experimentis & observatione, quam viam compendiosissimam & expeditissimam opinabantur, continebant se, Rationem, Artémque repudiabant: Putârunt sc. viri boni; quia tunc temporis, sicut ex infante vir, ita Ratio ex usu aucta est: idcirco & infantem viro, & usum rationi dominari. At hæc rusticorum ratio, hui, quàm ridicula! quæ ut semper stolidos quosque, ita & Empiricos veteres, nè rationi parerent, in errorem impulit: Quorum quidem Factioni Duces fuêre Acron, Crito, Philistius, *tandemq;* Serapion, Alexandrinus, & Menodotus.

Post

Et Methodicis.

Pòst paulò ab utrisque tam Rationalibus, quàm Empiricis novo Medicinæ commento seceſsère Methodici, quibus nec Rationalis abditarum rerum demonstratio propter moleſtiam arriſit, neque particularium ἱστορία & experientia propter prolixitatem & tædium. Morborum illis non differentia, & ſpecies, ſed ſumma & ſuppoſititia genera (brevitatis cauſâ) placuêre; nec ea, niſi duo, adſtrictum & laxum; ſimilitérq; Curationes duæ, adſtrictio-laxi, laxatio-adſtricti. Tunc enim primùm prurire illa cæpit Methodicorum Dichotomia. Quorum Sectam inchoavit quidem Themiſon Laodicæus, *abſolvit* Trallianus Theſſalus, *glorioſus ille, qui Artem univerſam pollicebatur, ſemeſtri ſe ſpatio vel exquiſitiſsimè cuivis expoſiturum.*

Sed, ut ad Sectam Rationalem revertar: ex quibus illa Parentibus orta ſit, quibus filiis & Miniſtris conſtiterit, accepimus. Filii γνήσιοι & primigenii Rationales, ſeu Dogmatici nuncupantur, quibus omnes adverſantur ii, qui Heterogenii vel Spurii. Heterogenei quid aliud erant, quàm veteres illi Methodici, vel Empirici? Spurii, qui Rationalis Sectæ Diſcipulos ſe verbo prædicabant; reipſâ pecuniariæ rei, non rationi; privato lucello, non publico generis humani commodo operam navabant.

Miniſtri Rationalium.

Domeſtici Medicorum operarii, ſeu potiùs liberti liberrimi, qui Dominorum Medicorum benignitate, & gratiâ, recepta & præcepta operandi, vivendi viatica & vias adepti ſunt, ſi Dominis nec præſtò, nec dicto audientes eſſe deſierint, Noſtri ſunt, è Rationalis Medicinæ Familia & Cenſu meritò cenſendi, Chirurgi & Pharmacopœi veri, homines integerrimi & amiciſsimi.

Porro de Methodicis priùs dictis, deq; Empiricis antiquis unicum hoc annectam. Ex eorum factionibus cùm tota literaria res, tum auguſtiſsima ejus Provincia Medica apud ſeculum prius malè habuit. Empiricorum turba, ſeditioſi, vulgi more, tumultuata eſt. Methodici, perindè ut Phanatici quidam Separatiſtæ, Optimates atque optimos ſeſe prædicabant: cùm interim Rationales ſoli & in Artibus & in Medicina regnare digni.

Ac

ΓΑΛΗΝΟΥ

προτρεπτικὸς λόγος ὅτι τ' ἰατρικὴν καὶ τὰς τέχνας.

GALENI

Exhortatio ad Medicinam & Artes.

Proœmium.

Cap. I.

Homo solus rationis artiúmque particeps.

ΕΙ μὲν μηδ' ὅλως λόγου μέτεστι τοῖς ἀλόγοις ὀνομαζομένοις ζώοις, ἄδηλόν ἐστιν. ἴσως γὰρ εἰ καὶ τὴν μὴ κατ' ἐνθύμησιν, ὃν καὶ προφορικὸν ὀνομάζουσιν, ἀλλὰ τοῦ γε κατὰ τὴν ψυχὴν, ὃν ἐνδιάθετον καλοῦσι, μετέχει πάντα, τὰ μὲν, μᾶλλον, τὰ δ', ἧττον. ὅτι μὲν τοι πλεῖστον ὅσον αὐτῶν διενήνοχεν οἱ ἄνθρωποι, προδηλόν ἡμῖν ἐστιν, ὁρῶσι τὸ γε πλῆθος τῶν τεχνῶν, ὧν μεταχειρίζεται τὸ ζῶον τοῦτο. καὶ ὅτι μόνος ἄνθρωπος, ἐπιστήμης ἐπιδεκτικός, εἰ καὶ ἐθελήσει τέχνην, μανθάνει. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ζῶα σχεδὸν ἄτεχνα πάντα ἐστὶ, πλὴν ὀλίγων δή τινων ἐν αὐτοῖς. ἀλλὰ καὶ ταῦτα φύσει μᾶλλον, ἢ προαιρέσει τεχνῶνται τύχειν*. ὁ δ' ἄνθρωπος οὔτε τίνος τῶν παρ' ἐκείνοις ἀμυήτητος, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑφαντικὴν ἐμιμήσατο τὰς ἀράχνας καὶ πλάττει καμάτῳ καὶ μύσεται, καὶ τὸ νεῖν οὐκ ἀπάκτητός ἐστι, καίτοι πρὸς ὤν. ἀλλὰ καὶ τῶν θείων

*ἀτεχν.

UTrùm animantia quæ nos Irrationalia vocamus, Rationem nullatenus sortiantur, incertum est. Quanquam enim Prolatitiæ Rationis, quæ voce enuntiatur, expertia esse concedam: Insititiam tamen, quæ Mente concipitur, unà nobiscum participant universa; licet alia aliis plùs minúsve. Cæterùm ipsis omnibus quantum homo antecellat, nemo nescius est, qui Artium multitudinem; quas hoc animal exercet, ante oculos ponat; nec illud interim prætereat, solum hominem scientiæ capacem, quamcunque malit Artem posse addiscere. Nam reliqua propè omnia destituuntur Arte, modò ex illis perquàm pauca exceperis: quanquam & hæc pauca eas Artes non tam Consilio, quàm Naturæ instinctu sint consecuta. Solus homo nullius artis, quæ ab Animantibus colitur, non studiosus est; verùm & opificio texendi imitatur araneas, & res pleraſque instar apum effingit; nec ipse, quanquam in terrestrium genere, est imperitus natandi. Quid quòd nè sacratarum

Artium deſtituitur laude? Qui & Æſculapii affectat artem Medicam; & Apollinis quoque non Medicam modò, ſed reliquas etiam, quibus idem inſtruitur Deus, Iaculatricem, Muſicam, Divinatricem. Ad hæc Muſarum quoq; ſtudia colit, quæ ſingularium ſunt propria. Neq; n. à Geometriæ aut Aſtronomiæ abhorret ſcientia; ſed (ut Pindarus cecinit) quæ ſub terra latent, quæque ſupra cœlos eminent, ſtudioſè perluſtrat. Nec minori operâ Philoſophiam (quæ in bonis divinis maximum) ex ſententia conſecutus eſt. Has igitur ob cauſas, quanquam reliquis etiam animantibus haud deeſt Ratio, tamen homo ſolus ob eminentiam, quâ cæteris præſtat, Rationalis vocatur.

τεχνῶν ἐκ καταλείπεται. ζηλῶν μὲν τὴν Ασκληπιοῦ τέχνην ἰατρικὴν, ζηλῶν δ' Απόλλωνος αὐτὸς γε ἑαυτὸν, καὶ τὰς ἄλλας ἀπάσας ἃς ἔχει, τοξικὴν, μουσικὴν, μαντικήν. ἔτι τε δὴ μουσῶν τὴν ἑκάστης ἰδίαν. ὅδε γὰρ γεωμετρίας, ὅδ' ἀστρονομίας ἀφίσταται. ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς γῆς νέρθεν, καὶ τὰ ὑπερθε τοῦ οὐρανοῦ, καθ' Πίνδαρον*, ἐπισκοπεῖ. ἐξεπείσατο δ' ἐκ φιλοπονίας καὶ τὸν μέγιστον τῶν θείων ἀγαθῶν, φιλοσοφίαν. διὰ ταῦτα τοίνυν καὶ λόγου μέτεστι τοῖς ἄλλοις ζώοις, κατ' ἐξοχὴν αὐτῶν καὶ ὁ ἄνθρωπος μόνος ὀνομάζεται λογικός.

* Pindar.

Propoſitio & Confirmatio.

CAP. II.

Artes præſtare divitiis.

Quo pacto igitur non illud tibi turpe, ex iis quæ nobis inſunt rebus, negligere hanc ipſam, quâ ſolâ communicamus cum diis, aliarumq; ſtudiis operam navâſſe? ut, Artium perceptione contemptâ, Fortunæ malis temetipſum committere? Cujus improbitatem cùm exprimere vellent antiqui, eam non modò muliebri ſpecie depingere, ſeu fingere contenti ſunt: (Quanquam hoc quoque amentiæ indicium ſatis idoneum fuiſſet) ſed & navis gubernaculum dederunt illi in manus, pedibuſque ſubjecêre ſphæricam baſin; tum etiam utroque oculo captam fecêre: Quibus omnibus inconſtantiam ejus ac temeritatm notârent. Quemadmodum igitur in navi adverſis tempeſtatibus ita agitatâ, ut & obrui fluctibus, & profundo mergi periclitetur, perperàm fecerit, qui cœco gubernatori clavum concrediderit: Non ſecus in vitâ, opinor, ubi graviora naufra-

Πῶς δῶν οὐκ αἰσχρὸν, ὦ μόνῳ θεῷ ἐν ἡμῖν κοινωνοῦμεν θείοις, τούτου μὲν ἀμελεῖν, ἑπουδακέναι* δὲ τοῖς περὶ τὴν τύχην, τέχνης μὲν ἀναλήψεως καταφρονοῦντα, τύχῃ δ' ἑαυτὸν ἐπιτρέποντα; ἧς δὴ μοχθηρίαν ἐμφανίσαι βουληθέντες οἱ παλαιοὶ, γράφοντες καὶ πλάττοντες αὐτῷ οὐ μόνον εἰδεῖ γυναικὸς ὁμοίωσιν· καί τοι τοῦθ' ἱκανὸν ἦν ἀφροσύνης σύμβολον· ἀλλὰ καὶ πηδάλιον ἔδοσαν ἐν χερσὶν ἔχειν αὐτῇ, καὶ τοῖν ποδοῖν ὑπέθεσαν βάσιν σφαιρικὴν, ἑτέρωθι δὲ καὶ τοῖν ὀφθαλμοῖν, ἐκτετυφλωμένοι διὰ τούτων ἁπάντων τὸ τῆς τύχης ἄστατον. ὥσπερ δῶν ἐν νηῒ χειμαζομένῃ σφοδρῶς, ὡς ἐπικλύζεσθαί τε τοῖς κύμασι καὶ κινδυνεύειν βυθισθῆναι, μοχθηρῶς ἄν τις ποιήσειεν ἐπιτρέψας τὰ πηδάλια κυβερνήτῃ τυφλῷ· καὶ τὸν αὐτὸν

* B. & A. ἐπαδικέναι

" καὶ

αὐτὸν, δίμαι, ξύπον " καὶ τῷ βίῳ, μειζόνων ναυαγίων ἀεὶ πολλοὺς οἴκους χωνυμένων, ἢ ἀεὶ τὸ σκάφη ἐπὶ θάλατταν, ὐκ ὀρθῶς γιγνώσκοντος ὅτιν, ὅπιτρέπειν ἑαυτὸ ἐν τοιαύτης ἀφειδέσιν πραγμάτων τυφλῇ δαίμονι, μηδὶ αὐτῇ βεβαίως ἑστηριγμένη. ἔμπληκτός τε γὸ ὅτι καὶ ἄνους ἐς τοσοῦτον, ὡς πολλάκις τοὺς ἀξιολόγους ἄνδρας φερομένη, πλήττειν τοὺς ἀναξίους, ὐδὲ τούτοις βεβαίως, ἀλλ' ὅσον πάλιν ὕπως ἐξαιρήσῃ τὰ δοθέντα. ταύτῃ τῇ δαίμονι πλῆθος ἀνδρῶν ἀμαθῶν ὐκ ὀλίγον ἕπεται, μηδέποτ' ἐν τῷ αὐτῷ μένουσι διὰ τὸ τ βάσεως εὐμετακίνητον, ἢ τις αὐτὴν ἄγει κὴ φέρῃ, κὴ κατ' κύματων ἐνίοτε κὴ θαλάττης, ἵνα σωματίλλωνται μὲ ἀλλήλοις, ἐπόμενοι πάντες αὐτῇ. μόνη δ' ἀβλαβὴς ἐκείνη διεξέρχεται, καταγελῶσα τῶν ὀλοφυρομένων τε καὶ ἐγκαλούντων αὐτὴν, ὅτ' ἐυδὲν ὄφελος. τὰ μὲν δὴ τ τύχης ἔργα τοιαῦτα. τ δ' Ἑρμοῦ, ἀτελόμου μὲν ὄντα διανοῆσαι, ἐργάται τ τέχνης ἀπόδοσις, διάσαι πάλιν ὅπως ἐξύπνανται τῆς τύχης κεκοσμήκασιν οἱ παλαιοὶ γράφοντές τε καὶ πλάττοντες. νεανίσκος ἐστὶν ὥρας, ὐκ ἐπίκτητον δ' κομψικὸν ἔχων κάλλος, μὴ ἐυρυὲς, ὥστε σωματοειδῆ τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν δι' αὐτοῦ. ἐστὶ δ φαιδρὸς μὲν τὰς ὄψεις, δεδορκὼς δὲ βριμὺ κὴ τ βάσις τὸ παντῶν σχημάτων ἑδραιότατόν τε καὶ ἀμεταπτωτότατον ἔχει, τ κύβον. ἐφ' ὅτε δὲ κὴ αὐτὸν τ θεὸν τέτῳ τῷ σχήματι κοσμῆσαι. ἴδοις δ' ἂν τὰς θεασώτας αὐτοῦ, φαιδρὰς μὲν ὁμοίως τῷ καθηγουμένῳ θεῷ, μεμορφωμένας δ' ὐδέποτε αὐτὸν, ὡσπερ οἱ τ τύχην, ὐδ' ἀπολειπομένους πότ, ὐδὲ χωριζομένους· ἀλλ ἑπομένους τε καὶ διαπαντὸς ἀπολαύοντας τ σεμνότητος αὐτοῦ.

" Ra. παλιν δι

" Ra. ἐυδὺς

gia plures subeunt familiæ, quàm navigia per mare, nonne insciti est hominis se in tot tantisque rerum casibus cœcæ Deæ committere? atque huic ne firmiter stabilitæ quidem? Adeò n. vesana demensque illa est, ut viros dignos prætervecta sæpenumerò locupletet indignos; ac nè hos quidem constanter; verùm quoad iterum, quæ dedit, puri abripiat temeritate. Atque hanc Deam haud exigua imperitorum turba sequitur, etsi ipsa nunquam in eodem statu maneat, propter baseôs, cui insistit, volubilitatem: Quæ quidem eam per præcipitia rapit rotatque; nonnunquam etiam per pelagus, ubi sequaces ejus commerguntur universi; hæc sola incolumis elabitur, irridétque illorum miserias; quas tunc demum deplorare, eámque criminari incipiunt, cùm remedio non sit locus. Atque ita suas partes agit Fortuna. Mercurium verò, qui Orationis quasi dominus, artiúmque omnium auctor, atque excultor, intuêre vicissim quam dissimili specie antiqui per imagines pingendo, fingendóve adornârunt Adolescens est, in primo ætatis flore, cui pulchritudo nec adscititia, nec fucata, sed liberalis; ex quâ relucet animi virtus. Est autem hilari adspectu, sed obtutu oculorum acri: Pro basi, cui innititur, Cubum seu tesseram habet, quæ figurarum firmissima, minimèque versatilis. Quin & ipsum Deum quandoque eodem apparatu expolivêrunt. Cultores ejus omnes, peræquè ac Deum, quem sectantur, hilares videas; neque conquerentes unquam de suo Deo; quod solent asseclæ Fortunæ; nec ab eo derelictos usquam, aut sejunctos, sed & comitantes semper, sempérque illius providentiâ perfruentes. Contrà verò, quotquot Fortunæ sequaces, conspicias ignavos, artiúmque rudes; sed inani

spe semper vectos, simúlque, quò ipsa cucurrerit, currentes; alios quidem propiùs, à longinquo alios, quosdam etiam ipsius manibus implicatos. Ex quorum numero inprimis Crœsum Lydum adspicias, & Polycratem Samium: Ac mirabere fortè, cùm alteri Pactolum auro affluentem cernas, alteri etiam marinos pisces inservientes. Post hos & Cyrum intuebere, & Priamum, & Dionysium. Ex quibus haud ita multo post Polycratem videas suffixum cruci; Crœsum in potestate Cyri; Cyrum ipsum aliorum crudelitati subditum. Conspicies etiam Priamum hostium manu septum, Dionysium scholam aperientem Corinthi. Quod si alios consp icêre, qui Fortunam procul currentem insequuntur, nec assequuntur tamen, totum chorum prorsus oderis. In eo enim frequentes sunt seditiosi concionum Oratores, meretrices, scorta, & amicorum proditores. Sunt & parricidæ, tumulorum effossores, ac prædones. Plerique, nè Diis quidem ipsis parcerent, sacella etiam sacrilegis manibus compilârunt In Choro autem Mercurii, modesti sunt omnes, artiúmque cultores sedulí. Non currunt illi, non vociferantur, nec invicem prælíantur: vetùm inter eos en medius Deus: quem ordine circumstant universi, nec eam, quam singulis dedit, stationem deserunt. Hic, qui Deo proximi ac decorè circumfusi, Geometræ sunt, Arithmetici, Philosophi, Medici, Astronomi, & Grammatici. Hos excipit alter chorus, Pictores, Statuarii, Librarii; Fabri, Architecti, Sculptores. Post hos etiam ordine tertius (quo reliquæ continentur artes) consimili decore per partes suas digestus est. Cuncti illic intentis oculis communem intuentur Deum, ejusque mandatis morem gerunt. Per-

τοις ὃ γε τῆ τύχῃ" συνεπομένοις, ἅπαντας μὲν ἀρχοις θεάσῃ, καὶ τεχνῶν ἀμαθεῖς, ἐχυμένους δ' ἐξ ἐλπίδων ἀεί, καὶ θείῃ τῆ δαίμονι σωθέοντας, ἐνίους μὲν ἐγγύς, οὓς ὃ πορρωτέρω, πολλοὺς ὃ καὶ τῆς χειρὸς αὐτῆς ἐξημμένους. ἐν τούτοις ἅπασι καὶ τὸν Κροῖσον ἐκεῖνον τὸν λυδὸν ὄψει, καὶ τὸν Πολυκράτη τὸν σάμιον. καὶ ἴσως θαυμάσεις, τὸ μὲν, τὸν Πακτωλὸν ἐκεῖθεν ῥέοντα χρυσὸν, τὸ δὲ καὶ τοὺς θαλαττίους ὑπηρετοῦντας ἰχθύς· ἢ μὴ τούτων ὃ καὶ Κύρον θεάσῃ, καὶ Πρίαμον, καὶ Διονύσιον. ἀλλὰ τούτων αὐτῶν ὀλίγον ὕστερον ὄψει, Πολυκράτη μὲν ἀνεσταυρωμένον, τὸν δὲ Κροῖσον ὑπὸ τὸν Κῦρον, αὐτὸν ὃ τὸν Κῦρον ὑπὸ δηίοις. ὄψει ὃ καὶ Πρίαμον καθειργμένον, καὶ Διονύσιον ἐν Κορίνθῳ. εἰ ὃ καὶ τοὺς δηίους ὑποσκέψαιο τοὺς ἀπωτέρω μὲν αὐτῶν θέουσιν διώκοντας, ἐγγὺς τυγχάνοντας δὲ, μισήσεις ὅλως τὸν χορὸν· εἰσὶ γὰρ ἐνταῦθα καὶ δημαγωγοὶ πολλοὶ, καὶ ἑταῖραι, καὶ πόρνοι, καὶ φθορεῖς τῶν φίλων· ἔστι ὃ καὶ φονεῖς, καὶ τυμβωρύχοι, καὶ ἁρπαγες· πολλοὶ ὃ οὐδὲ τῶν θεῶν αὐτῶν φεισάμενοι, ἀλλὰ καὶ τούτων ἱερὰ συλήσαντες. ὁ δ' ἕτερος τῶν χορῶν, πάντες ἰδιῶται κόσμιοι καὶ τεχνῶν ἐργάται. ἃ θέασι ὃ, οὐδὲ βοῶσιν, οὐδ' ἀλλήλοις μάχονται· ἀλλ' ἐν μέσοις μὲν αὐτοῖς ὁ θεὸς, ἀμφ' αὐτὸν ὃ ἅπαντες ἐν τάξει κεκοσμημένοι, χώραν ἕκαστος ἣν ἐκεῖνος ἔδωκεν, οὐκ ἀπολιπόντες· οἱ μὲν, ἔγγιστα τοῦ θεοῦ καὶ περὶ αὐτὸν ἐν κύκλῳ κεκοσμημένοι, γραμμέτραι, καὶ ἀριθμητικοὶ, καὶ φιλόσοφοι, καὶ ἰατροὶ, καὶ ἀστρονόμοι, καὶ γραμματικοί. τούτων δ' ἐφεξῆς ὁ δεύτερος χορὸς, ζωγράφοι, πλάσται, γραμματισταὶ, τέκτονές τε, καὶ ἀρχιτέκτονες, καὶ λιθογλύφοι. καὶ μετ' αὐτοὺς ὃ ἡ τρίτου τάξις, αἱ λοιπαὶ τέχναι πᾶσαι, κατὰ μέρη μὲν ὅτω κεκόσμηνται". *πάντες ὃ τοῖς

" Pa. τῆς —χης.

" Ad. μὲν ὃ.

*Ba. πάντα

" Ald. κοινῷ τῷ.

πρὸς τὸ θεὸν ὑποβλέψαι " κοινὸν, τῶν παρ' αὐτῷ προστάγματι πειθόμενοι. θεάσῃ δ' καὶ παῦδα πολλοὺς μετ' αὐτῷ τῷ θεοῦ, τεταρτίαν δ' τινα τάξιν ὥσπερ ἐξ ἀνδρῶν ἐκκριτον, οὐκ οἷοί τινες ἦσαν οἱ μὴ τῆς τύχης ἄ γὸ ἀξιώμασι πολιτικοῖς, οὐδὲ γένους ὑπεροχαῖς, οὐδὲ πλούτῳ τοὺς ἀρίστους ὁ θεὸς ὅπως εἰδείη κείνῳ· ἀλλὰ τοὺς καλῶς μὲν βιοῦντας, ἐν δὲ ταῖς ἑαυτῶν τέχναις πρέποντας, ἑπομένους δὲ τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ, καὶ νομίμως τὰς τέχνας ἐργαζομένους, πρῶτά τε καὶ πρὸ τῆς ἄλλων ἄγει, ὡς εἰ " αὐτὸν ἔγωγ' ἀεί τοῦτον, οἶμαι, τὸν χορὸν νοήσας ὁποῖός ὅστιν, οὐ μόνον ζηλώσεις, ἀλλὰ καὶ προσκυνήσεις Σωκράτης ὅστιν ἐν αὐτῷ, καὶ Ὁμήρῳ, καὶ Ἱπποκράτης, καὶ Πλάτων, καὶ οἱ τούτων ἕψεται, οἷς ἴσα καὶ τοῖς θείοις σέβομεν, οἵτ' ὑπαρχοί τινες καὶ ὑπηρέται τοῦ θεοῦ. τῆς δ' ἀνῶν ἁπάντων, οὐκ ἔστιν ὅς τίς ἡμεῖς ποτὲ πρὸς αὐτὸν οὐ μόνον γὸ τῶν παρόντων προφύλαττεν, ἀλλὰ καὶ πλέουσι συμπλοις ὅτι, καὶ ναυαγούντων οὐκ ἀπολείπεται. Ἀείσιππος γοῦν, ἐπειδή ποτε πλέων τὸ σκάφος ἀπολυμαίνω, ἐπὶ τὰς συρακοσίων ἠιόνας ἐξεβράσθη, πρῶτον μὲν ἐθάρρησε, θεασάμενος ἐπὶ τῆς ψάμμου διάγραμμα γεωμετρικόν· ἐλογίσατο γὸ εἰς Ἕλληνάς τε καὶ σοφοὺς ἄνδρας, οὐκ εἰς βαρβάρους ἥκειν. ἔπειτα παρεβυόμενος εἰς τὸ συρακοσίων γυμνάσιον, καὶ παῦτὶ τὰ ἐπιφθεγξάμενος,

* Sophoc. Oedip. Colon. v. 3.

" * Τίς τὸν πλανήτην Οἰδίπουν καθ' ἡμέραν
" Τὴν νῦν ἀπαιτοῖς δέξεται δωρήματα·

προσιόντας τέ τινας ἔχειν αὐτῷ, καὶ γνωρίζοντας ὅς τίς εἴη, καὶ παντων ὧν ἐδεῖτο, μεταδιδόντας εὐθέως. ὡς δ' εἰς Κυρήνην αὐτῇ τὴν πατρίδα μέλλοντές τινες πλεῖν, ἐπυνθάνοντο,

multos etiam inibi videas (ex quibus quartus chorus à prioribus secretus) adhærentes ipsi Deo; nec tamen, quales modò erant Fortunæ comites. Neque enim solet hic Deus ex dignitatibus civilibus, ex generis claritate, aut opulentiâ, præstantissimos viros æstimare: verùm qui vitâ honesti, & in artibus, quas profitentur, clari; quíque mandatis ejus parent, legitimèque exercent artes, eos & honore afficit inprimis, & in prima acie aliis præponit, neque à latere suo sinit usquam discedere. Hunc tu (scio) chorum cùm qualis sit intellexeris, non solùm æmulari, sed & adorari non desines. In hac classe Socrates, Homerus, Hippocrates, Plato, atque horum sectatores; quos omnes pari diis honore nos ipsi prosequimur, quasi præsules aut ministri alicujus numinis. Reliquorum autem omnium nemo est, quem Deus ille unquam neglectui duxit, utpote quorum non modò præsentium curam gerit; sed cum navigantibus etiam unà navigat, neque naufragium passos derelinquit. Exemplo est Aristippus, cui cùm fractâ olim navi, in Syracusanum littus ejiceretur, primùm confidit animo, cum in arena figuram Geometricam vidisset. Indè enim intellexit ad Græcos se, sapientésque viros, non ad Barbaros perveniſſe. Mox, ubi Gymnasium Syracusis adiens, versus edidisset hos;

" Ecquis hòdie exulem vagantémque Oedipum
" Exilibus beaverit munusculis?

Incidit in eos, qui ultrò convenirent, & quis ille esset, quibúsque opus erat rescíscentes, omnia illicò impertirent. Cùm verò quidam ad ejus patriam Cyrenem navigaturi, numquid ad suos mitteret, interrogarent,

"† Ἐν μὲν τῷ δολιχῷ, τέτρα- "γωνοι [φησὶν] οἱ ἵπποι ἔσαν· "Τὸ στάδιον δ', λαγωὸς ἔσπευσε· "ἐν δὲ διαύλῳ, "Δορκὰς ἀρίστευσε. μεσόπων δ' ἐκλείθμιος οὐδείς "Ἐν ποσὶν ὦ κῦφοι ἀσκητῆρες, ἄθλιοι ἄνδρες.

ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀφ' Ἡρακλέους τὶς, ἐλέφαντος ἢ λέοντος ἰσχυρότερος ἂν φανείη. οἶμαι δ' ὅτι

"Καὶ ταύρῳ πυγμῇ στεφθήσεται. καὶ ὄνος, [φησὶ]
"Λάξ ὅτι εἰ βάλεται ἐρίσας, αὐτὸν τὸν στέφανον οἴσεται·
"Αὐτὰρ ἐν ἱστορίῃ πολυπείρῳ κεκλῆσθαί φησιν ὅτι
"Παγκράτιον νίκησέ ποτ' ἄνδρας.——

"Εκοσι [δὲ] καὶ πρόσθε Ὀλυμ- "πιάδι ἴσα, ὅτ' "ἐνίκα
"Ὀνήσης——

παύσαι χαλεπήνας ἤδη ὁ μῦθος ἐπιδείκνυσι τὴν ἀθλητικὴν ἰσχύν, ὑπὲρ τῶν ἀνθρωπίνων ἅπαν ἀσκημάτων. καίτοι γ' εἰ μηδὲν ἰσχύει πρὸς τὰ ζώων οἱ ἀθληταί, τίνος ἂν ἔτι τῶν ἀγαθῶν ἐπίβολοι γένοιντ' εἶναι ἀγαθῶν εἰ δὲ καὶ τῇ ἡδονῇ σώματος τις ἀγαθὸν εἶναι φαίη, ἀλλὰ ταύτης αὐτῆς αὐτοῖς μέτεστιν, ὅτ' ὄων ἀθλοῦσιν, ἢ τε καταλύσαιεν, εἶτα πολὺ μὲν τὸν τῆς ἀθλήσεως χρόνον, ἐν πόνοις τε καὶ ταλαιπωρίαις εἰσὶν, ἀγυμνάζόμενοι μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀνάγκην ἐσθίοντες. νίκα δὲ καταλύσαντες τύχοιεν, ἀνάπηροι τὰ πλεῖστα μέρη τοῦ σώματος γίνονται.

"ἐνίκησεν

CAP.

CAP. VIII.

De Athletarum divitiis.

ΤΑχ' ἄν τις ἐπὶ τῷ χρήματα πάντων ἀθροίζειν πλεῖστα σεμνύονται. καὶ μὲν δὴ ἔξεστιν ὑμῖν θεάσασθαι πάντας αὐτοὺς ὀφείλοντας, ἃ μόνον ἐκεῖνον τὸν χρόνον καθ' ὃν ἀθλοῦσιν· ἀλλὰ καὶ καταλύσαντας τὴν ἄσκησιν. ἥδιστ' ἂν ὄροις ἀθλητὴν ''ἥδιον πλουσιώτερον, ἑνὸς τῶν ἐπιτυχόντων οἰκονόμων ἀνδρὸς πλουσίου. ἔστι δ' ἥδιστ' αὐτὸ τὸ πλουτεῖν ἐξ ἐπιτηδεύματος ἀξιόλογον ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ τοιαύτην ἐπίστασθαι τέχνην, ἣ καὶ ναυαγήσασαν σωεκκολυμβήσει, ὅστις ἔτε τοῖς δοκοῦσι τὰ δὴ πλεῖστα, ἔτε τοῖς τελώναις ἢ τοῖς ἐμπόροις ὑπάρχει. καίτοι πλουτοῦσιν ἐξ ἐπιτηδευμάτων ἔνιοι μάλιστα. ἀλλ' ἐὰν ἀπολέσωσι τὰ χρήματα, σωναπολλύουσιν αὐτοῖς καὶ τὰς πράξεις, ἀφορμὰς μὲν πάντων χρημάτων εἰς αὐτὰς δεόμενοι, τῷ δ' ἂν ἔχειν παύτην ἄρξασθαι τῆς ἀρχαίας πράξεως ἀδυνατοῦντες. οὐδὲ γὰρ δανείζει τις αὐτοῖς χωρὶς ἐνεχύρων ἢ ὑποθηκῶν. ὥστε εἰ καὶ πρός χρηματισμὸν ἀσφαλῆ τε καὶ οὐκ ἀδοξον ἀξιοῖ τις ἡμᾶς παρεσκευάσθαι, τέχνην ἀσκητέον ἐστὶ διὰ παντὸς τοῦ βίου, καὶ παραμένουσαν.

FOrsan ex eo, quòd possessiones uberrimas coacervent, mirificè gloriantur. Atqui omnes videas alieno ære obstrictos; non tantùm quoad exercent artem, verùm & tunc quoque, cùm exercitio vacent. Neque ullum comperies Athletam, qui uno quovis opulenti domini villico locupletior fuit. Veruntamen, nè hoc quidem, ex professo diteſcere, per se viro bono dignum est; sed potiùs ejusmodi tenere Artem, quæ navi fracta simul enaret cum domino. Quod quidem nec divitum procuratoribus, nec publicanis contingit, nec iis qui mercaturam exercent: Quamvis horum singuli ex vitæ instituto ditentur vel maximè. Verùm ubi fortunas amiserint, unà etiam totius negotiationis jactura fit. Cùm & ad hanc exercendam, pecuniariis subsidiis egeant: & iisdem si destituti fuerint, negotiationem pristinam instruere non possint. Siquidem ipsis sine pignore & vadimoniis qui pecuniolam fœneretur, reperient neminem. Quapropter, si quis nobis rationem ditandi, quæ tuta, nec infamis est, ineundam putet, per omnem vitam ejusmodi exercitatio adhibenda est, quæ perpetuò duratura sit.

Epilogus.

Epilogus.

Cap. IX.

Artes adoleſcentibus addiſcendæ quæ?

SEd quoniam artium diſtributio bimembris eſt. Aliæ, ratione conſtant, quæ & liberales & honeſtæ: Aliæ contrà, ignobiles, quæ corporis labore tractantur; quo nomine eas ſerviles appellamus, & Mechanicas, ſatius fore arbitror, ex priore genere aliquam ſi addiſcere præoptetis: quandoquidem poſterius illud, deſtituere artificem ſolet ſenectute confectum? Ex priori genere numerantur Medicina, Rhetorica, Muſica, Geometria, Arithmetica, Dialectica, Aſtronomia, Grammatica, & ars Nomorum. Quibus addes, ſi placet, Pingendi, Fingendíque artificium. Quanquam enim utraque hæc manuaria perficiantur opera, neutrius tamen opus juvenili indiget ætate. Quocirca ex hoc genere artem aliquam adoleſcenti eligendam atque exercendam cenſeo, niſi cui ingenium peræquè hebeſcat, ac pecudi: atque in his eam potiſſimùm, quæ cæteris omnibus antecellit, hoc eſt (ut ego arbitror) Scientiam Medendi, quod quidem mihi deinceps demonſtrandum eſt.

Ἀλλὰ διπῆς ἔσης διαφορᾶς τῆς προτέρης ἐν ταῖς τέχναις· ἐνίαις μὲν γὰρ αὐτῶν λογικαί τ' εἰσὶ καὶ σεμναὶ, τινὲς δ' ἐυκατάφρονητοι, καὶ διὰ τ' τὸ σώματος πόνων, ἃς δὴ βαναύσους τε καὶ χειρωνακτικὰς ὀνομάζουσιν· ἄμεινον ἂν εἴη, τὴ προτέρου γένους τῶν τεχνῶν μετέχεσθαί τινα. τὸ γάρ τοι δεύτερον γένος αὐτῶν, ἀπολείπειν εἴωθε γηρῶντας τοὺς τεχνίτας. εἰσὶ δ' ἐν τῷ προτέρῳ γένους, ἰατρικὴ τε, καὶ ῥητορικὴ, καὶ μουσικὴ, γεωμετρία τε, καὶ ἀριθμητικὴ, καὶ λογιστικὴ, καὶ ἀστρονομία, καὶ γραμματικὴ, καὶ νομική. προσεῖδες δ' ἂν εἰ βούλῃ παύτας, πλαστικήν τε καὶ γραφικήν. εἰ γὰρ καὶ διὰ τῶν χειρῶν ἐνεργεῖται, ἀλλ' οὐκ ἰσχύει νεανικῆς δεῖται τὸ ἔργον αὐτῶν. ἐν τῷ τῶν δὴ πρὸ τ' τεχνῶν ἀναλαμβάνειν τε καὶ ἀσκεῖν χρὴ τὸν νέον, ὅτῳ μὴ παντάπασιν ἡ ψυχὴ βοσκηματώδης ὄζει· καὶ μάλιστα μὲν πάντων ἀρίστην ἐν παύταις, ἥπερ, ὡς ἡμεῖς φαμὲν, ὄζιν ἰατρική. τοῦτο δ' αὖτὸ δεικτέον ἑφεξῆς.

Τέλος τῆς προτρεπτικῆς.

ΓΑΛΗΝΟΥ

ΓΑΛΗΝΟΥ,

Ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος.

GALENI LIBER,

Quòd optimus Medicus, idem & Philosophus.

Proœmium, usque ad Part. 8 m. Quæst. 1.

Cap. I.

Cur Medici plerique Hippocrateam lectionem negligant, &c.

Οἷόν τι πεπόνθασιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀθλητῶν, ὀπτιμομανῶντες μὲν ὀλυμπονίκαι γενέσθαι, μηδὲν δὲ θέλειν, ὡς τόπον τυχεῖν, ὀπτησάμενοι, τοιοῦτόν τι καὶ τοῖς πολλοῖς τῶν ἰατρῶν συμβέβηκεν. ἐπαινοῦσι μὲν γὰρ Ἱπποκράτην, καὶ θεῖον αὐτὸν ἀπεφήναντο, γνοίης δ' αὐτοὺς ἐν ὁμοίοις ὄντας ἐκείνῳ, πολὺ μᾶλλον ἢ τοῦτο θεραπεύοντας. ὁ μὲν γὰρ, ἐ μικρὰν μοῖραν εἰς ἰατρικὴν φησι συμβάλλεσθαι τὴν ἀστρονομίαν, † καὶ διὰ τοῦτο τὴν ταύτης γραμμὴν ἐξ ἀνάγκης γεωμετρίαν· οἱ δ' ἐ μόνον αὐτοὶ μετέρχονται τούτων ἑκάτερον, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετοῦσι μέμφονται. καὶ μὴν δὴ καὶ φύσιν σώματος, ὁ μὲν ἀκριβῶς ἀξιοῖ γιγνώσκειν, ἀρχὴν εἶναι φάσκων † αὐτὴν τοῦ κατ' ἰατρικὴν λόγου παντός· οἱ δ' οὕτω καὶ περὶ τούτων ἀπροθύμως ἔχουσιν, ὡς ἐ μόνον ἔχειν τὴν μορίων οὐσίαν, ἢ πλοκὴν, ἢ διάπλασιν, ἢ μέγεθος, ἢ πρὸς τὰ παρακείμενα κοινωνίαν, ἀλλ' ἐδὲ πρᾶγμά ἐστιν ὁπόσον ἴσασιν. καὶ μὴν γε οὐδ' ἐ μὴ γιγνώσκειν κατ' εἶδη

QVod ignavioribus Athletis accidere solet, ut Olympiæ coronam desiderent ferre; nihil tamen operæ, quò eam consequantur, impendant; idem ferè Medicis inscitioribus usu venit: qui cùm laudent Hippocratem, atque in Arte Medendi Principem ferant, quidvis tamen agunt potiùs, quàm ut eis, qui Hippocrati similes, adnumerentur. Ille námque ad Medicinam haud parùm conferre Astronomiam putat, nec-non eam quæ huic necessariò viam munit, Geometriam. Isti neutrius harum studia non modò ipsi attingunt, sed & alios ea tractantes coarguunt. Corporis nostri naturam ille accuratè explorandam censuit, quasi principium eorum omnium, quæ disceptant in Medicina: Hii tantæ rei tam vehementer incumbunt, ut non modò cujusque Partis Substantiam, Nexum, Formationem, Magnitudinem, vel eam quæ cum proximis est communionem, sed ne posituram quidem teneant. Quin & quòd Medicis, quia Morbos per

† *De aër. aqu. & loc. ca. 1.*

† *De locis in homine initio.*

Genera, Speciésque partiri nesciunt, à curandi Scopis aberrare contingat. Id etiam ab Hippocrate monstratum est, ad Logicam nos exercendam adhortante: Nostri verò medici in hac arte tantillum laboris ceperunt, ut eis, qui allaborârint, quasi inutile quid aggressis dent crimini. Nec minùs ad Prænotionem Morborum qui præterière, qui adsunt, qui ægro decumbenti impendent, Hippocrates multam parato opus esse Providentiam docuit: Isti homines, etiam huic Artis parti tam sedulò incubuêre, ut si quis Fluxum Sanguinis, aut Sudoris Eruptionem prædixerit, eum & Magum esse occlament, & admirabilia, dictúque inopinata dicere. Quanto herclè minus, si cætera quis omnia prænunciaret, hi æquo animo ferant? Quanto, si Dietæ Normam usque ad Futurum Morbi Vigorem, constitueret? Et tamen haud aliter cibandi rationem præscripsit Hippocrates. Quid igitur restat, in quo tanti viri videantur æmuli? Nunquid in facultate dicendi? cujus ille rationem ex sententia assecutus est: hii tantùm ab eâdem absunt, ut plerosque eorum bis in eodem verbo peccantes videas, quod etiam nè intellectu est facile. Quas ob res quærendam putavi Causam, cur hii omnes, etsi admirentur virum, ipsius tamen scriptiones, non legant, aut, si quis hoc ipsum præstiterit, ab eo quæ dicuntur, non intelligit, vel si fœliciter intelligat, cõtemplationem tamen hanc exercitatione pertractans, confirmare non cupiat, atque ad habitum perducere? Nimirum pro comperto habebam hominibus, quæcunque auspicatò cesserint, & voluntate pariter & facultate obtineri: ut si quis horum alterâ exciderit, eum fine, quem speret, frustrari necesse sit. Athletas videmus, nè longiùs abeam; quibus vel innata corporis inhabilitas, vel

τε καὶ χρὴ διαιρεῖσθαι τὰ νοσήματα, συμβαίνῃ τοῖς ἰατροῖς ἁμαρτάνειν ἐπὶ θεραπευτικῶν σκεπτῶν, Ἱπποκράτει μὲν εἴρηται, παρεπόμπτῳ τῷ λογικῷ ἡμᾶς ἐξασκεῖν θεωρίαν· οἱ δ' ἡμῶν ἰατροὶ τοσοῦτον ἀποδέουσιν ἠσκῆσθαι κατ' αὐτῷ, ὥστε καὶ τοῖς ἄσκοῦσιν, ὡς ἄχρηστα μεταχειριζομένοις, ἐγκαλοῦσι. ὅπως δὲ καὶ τὸ προγιγνώσκειν τε τὰ προγεγονότα, καὶ τὰ παρόντα, καὶ τὰ μέλλοντα χρήσεσθαι τῷ κάμνοντι νοσήματα, πολλῆς χρεία καὶ παρασκευῆς προνοίας, Ἱπποκράτης † φησίν. οἱ δὲ καὶ περὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς τέχνης ὑπὲρ τοσοῦτον ἐσπουδάκασιν, ὡς εἴ τις αἱμορραγίαν, ἢ ἱδρῶτα προείποι, γόητά τε καὶ παραδοξόλογον ἀποκαλοῦσιν. ὀρθῶς γ' ἂν ὅτοι, τἄλλα προλέγοντός τινος, ἀνάσχοιντο· ὀρθῶς δ', ἂν ποτε ἡ διαίτης τὸ σῆμα, πρὸς τῷ μέλλοντα ἔσεσθαι ἢ νοσήματος ἀκμῇ, κατασήσαιτο" καὶ μὲν Ἱπποκράτης ἔπως γε διαιτᾶν κελεύει. † τί δὴ ἂν εἴη τὸ ὑπόλοιπον, εἰς ὃ ζηλοῦσι τ' ἀνδρὸς· ὃ γὸ δὴ τοιόνδε τῆς ἐριλυσίας δεινότητα· τοῦ μὲν γε καὶ τοῦτο κατόρθωμ· τοῖς δ' ἅτω τἐναντίον, ὥστε πολλοὺς αὐτῶν ὄφιν ἰδεῖν καθ' ἓν ὄνομα δὶς ἁμαρτάνοντας, ὃ μηδ' ὀπτικῶς ῥᾴδιον. διόπερ ἔδοξέ μοι ζητῆσαι τὴν αἰτίαν, ἥτις ποτ' ἐστί, δι' ἣν, καίτοι θαυμάζοντ) ἅπαντες τὸν ἄνδρα, μήτ' ἀναγινώσκουσιν αὐτοῦ τὰ συγγράμματα, μήτ', εἰ καὶ τοῦτο παρασαίη, συνίσσι ἢ λεγομένων· ἢ, εἰ καὶ " τοῦτο ἀτυχήσειεν, ἀσκῆσει ἢ θεωρίαν ἐπεξέρχεται, βεβαιοῦσθαί τε καὶ εἰς ἕξιν ἀγαγεῖν βουλόμ· ὁρῶμεν δὴ καὶ σύμπαντα κατορθώματα, βούλησίν τε καὶ δυνάμ τοῖς ἀνθρώποις παρεγγυώμενα· θατέρου δ' αὐτῶν ἀπογιγνομένου, " τὸ καὶ τοῦ τέλους αὐτῶν ἀναγκαῖον ἀποτυγχάνειν. αὐτίκα γέ τοι τοὺς ἀθλητάς, ἢ διὰ τὴν ἢ σώματος ἀφυΐαν, ἢ διὰ τὴν ἢ ἀσκήσεως ἀμέλειαν

† 1. Prog. tex. 1.

" χρησίμο

† 1. Aph. 9.

" Ad. τέλη

" τῆ.

ὁρῶμεν

ὁρῶμεν ἀποτυγχάνοντας τοῦ τέλους· ὅτῳ δ' ἂν καὶ ἡ τοῦ σώματος φύσις ἀξιόνικος ᾖ, καὶ τὰ τῆς ἀσκήσεως ἀμείνω, τίς μηχανὴ, μὴ οὐ πολλῷ ἀνελέσθαι τὸν δεδεμένους ἀγῶνας; ἆρ' οὖν ἐν ἀμφοτέροις οἱ νῦν ἰατροὶ δυσχεροῦσιν, ὅτε δύναμιν, ὅτε βέλτισιν ἀξιόλογον ἐπιφερόμενοι, πρὸς τὴν τῆς τέχνης ἄσκησιν; ἢ τὸ μὲν ἕτερον αὐτοῖς ὑπάρχει, ἀτερπὲς δ' ἀπολείπονται; "τὸ μὲν δὴ μηδένα φύεσθαι, δυνάμεων ἔχοντα ψυχικὴν ἱκανὴν καταδέξασθαι τέχνην ἧττον φιλάνθρωπον, ἢ μοι δοκεῖ λόγον ἔχειν· ὁμοίως γὰρ τοῦ κόσμου καὶ τότ' ὄντος, καὶ νῦν· καὶ μήτε τῶν ὡρῶν ἡ τάξεως ὑπαλλαγμένης, μήτε τῆς ἡλιακῆς περιόδου μετακεκοσμημένης, μήτ' ἄλλου τινὸς "ἀστέρος ἢ ἀπλανοῦς ἢ πλανωμένου μεταβολήν τινα ἐσχηκότος. ἄλογον δὲ διὰ μοχθηρὰν δίαιταν, ἣν οἱ νῦν ἄνθρωποι τρέφονται, καὶ διὰ τὸ, τὸν πλοῦτον ἀρετῆς εἶναι τιμιώτερον, ἢ θ' οἷος Φειδίας ἐν πλάσταις, ἢ θ' οἷος Ἀπελλῆς ἐν γραφεῦσιν, ἢ θ' οἷος Ἱπποκράτης ἐν ἰατροῖς, ἔτι γοῦν τινά. καίτοι τόγε ὑστέροις τῶν παλαιῶν ἡμῖν γεγονέναι, καὶ τὸ, τὰς τέχνας ἀπ' ἐκείνων ἐπὶ πλεῖον εὐρημένας παραλαμβάνειν, οὐ μικρὸν ἦν πλεονέκτημα. τὰ γοῦν ὑφ' Ἱπποκράτους εὑρημένα χρόνῳ παμπόλλῳ, ῥᾷον ἦν ἐν ὀλίγοις τοῖς ἔτεσιν ἐκμαθόντα, τῷ λοιπῷ χρόνῳ τοῦ βίου πρὸς τῶν λιπόντων εὕρεσιν καταχρήσασθαι. ἀφ' ἧς ἐνδέχεται πλοῦτον ἀρετῆς τιμιώτερον ὑποθέμενον, καὶ τὴν τέχνην, ἐκ διαιρέσεως ἀνθρώπων ἕνεκεν, ἀφ' ἑνὸς σχήματος, μαθόντα, τοῦ τέλους τοῦ κατ' αὐτὴν ἐφίεσθαι. φθάσουσι γὰρ ἕτεροι πλουτίσαι, πρὶν ἡμᾶς ἐπὶ τὸ τέλος αὐτῆς ἐλθεῖν. ἐγὼ γὰρ δὴ δυνατὸν ἅμα χρηματίζεσθαί τε, καὶ ἧττον μεγάλου ἐπάσκειν τέχνου· ἀφ' ἧς ἀνάγκη καταφρονῆσαι θατέρου, τὸν ἐπὶ θάτερον ὁρμήσαντα σφοδρότερον.

exercitandi intermissio est, quæ concupiscunt, nec consequi posse: Quibus verò Corporis Vigor ad victoriam natus, atque Exercitatio consentanea accesserit, quid mirum, si coronam illicò triumphalem reportent? An igitur ætatis nostræ Medici utriusque subsidii sunt inopes, ut ad Artis exercitationem nec facultatem adferant, nec satis commodam voluntatem? An potiùs cum alteram nacti sint, destituuntur alterâ. Ergo, ut nemo nascatur hodie, qui Artem humano generi tam munificam fœliciore indole comprehendere valeat, à ratione alienum videtur: cùm Mundus idem nunc sit, qui olim; neque Temporum ordo evariârit, neque Solis Revolutio aliorsum traducta sit, nec alia Stella sive fixa, seu errans, mutationem subierit substantiæ vel stationis suæ. Id autem rationi consonum; quia pravo utimur victu, quia pecunia pluris æstimatur, quàm virtus, qualis Phidias inter Plastas, inter Pictores, Apelles, inter Medicos Hippocrates, talem tempestate nostra oriri neminem. quanquam, quod nobis post veteres illos nasci contigit, Artésq; ab eis quàm limatissimas accepisse, haud mediocri possessione superiores sumus. Nam quæ longiori tempore elimavit Hippocrates, si pauculis quis annis arripuerit, facillimum erit, quod supereſt vitæ, ad illa, quæ Arti desunt, invenienda accommodare. Qui verò pecuniam virtuti præponit, Artémque addiscit non bene merendi de aliis, sed quæstus faciendi causa, is finem, qui arti præstituitur, nè expetere animo potest. Nam alii homines antè diteſcere incipient, quam nobis contigerit ad Artis finem, quo anhelamus, pervenire. Sed enim nec unâ possumus cumulandis opibus operam dare, & in arte tam immensa studium ponere: verùm qui vehementiùs expetisset alteram, alteram despicatui ducat, necesse est.

" Ad. τῦπ.

" Al. ἄστρου.

CAP. II.

Quæst. 2ª. Quis verus Medicus.

QVid igitur? An hoc sæculo memorare quenquam potes, qui opum possessionem quantum ad usus corporis necessarios satis est, nec ultra cupiat? An talis usquam gentium extat, qui naturalem divitiarum terminum non dictis effingat, sed propriis vitæ exemplis, eousque doceat procedere, nè esurias, nè sitias, nè frigore cantabescas? Veruntamen si quis reperiatur talis, idem neque Artaxerxem quantum quantum respiciet, nec Perdiccam. Atque in illius quidem conspectum veniet nunquam, hunc autem laborantem morbo, qui Artem desiderat Hippocratis, profanabit: interim ut nè satellitio ejus perpetuò adhærescat. Cæterùm rus se recipiens, pauperibus, qui Cranonem, Thasum, aliáque oppidula sparsim incolunt, salutem feret. Et Coo quidem civibúsque suis Polybum remittet, aliósq; discipulos: Ipse Græciam perigrando universam ambierit: quia scribendũ ipsi nonnihil est de natura locorum. Nam ut ea, quæ ratione didicit, experientiæ testimonio comprobet; propriis oculis pedibúsq; unamquamque usurpare urbem opus est, tam quæ ad Meridiem versa, quàm quæ ad Septentrionem; quæ ad Solis Ortum porrecta, quàm quæ ad Occasum. Perlustrare etiam eas, quæ in depressis convallibus, quæ in editis locis sitæ; quæ aquis marinis irrigatæ, vel fontanis; quæ pluvialibus, vel stagnis fluviisque. Nec prætereire eas, si qua utatur aquis vehementer frigidis, si qua calidis; si qua Nitrosis, Aluminosis, aut aliis cujusque generis: Intueri etiam, si qua civitas ad magnum flumen posita est, si qua ad lacum, ad montes, ad mare. Nè singula consecter, etiam reliqua

Ἆρ' οὖ ἔχω δή τινα τῶν νῦν ἀνθρώπων εἰπεῖν, εἰς τοσοῦτον μόνον ἐφιέμενον χρημάτων κτήσεως, εἰς ὅσον ὑπηρετεῖν ἐξ αὐτῆς ταῖς ἀναγκαίοις χρείαις τῷ σώματι; δοίη τις, ὃ δυνάμενος μόνον λόγῳ πλάσαι, μὴ ἔργῳ διδάξαι τὴν φύσιν πλούτου τὸν ὅρον, ἄχρι τοῦ μὴ πεινῶν, μὴ διψῶν, μὴ ῥιγοῦν παρεῖναι; καὶ μόνον εἴπῃς γ' ὅτι τοιοῦτος, ὑπερόψεσθαι μὲν Ἀρταξέρξου τε καὶ Περδίκκου· καὶ τάχ' ἂν εἰς ὄψιν ἀφίκοιτό ποτε· τὸν δ' ἰατρεύειν μὲν, νοσοῦντα νόσημα τῆς Ἱπποκράτους τέχνης δεόμενον· ἐμοὶ δ' ἀξιώσει γε διαπαντὸς σωθῆναι· θεραπεύσει δ' τοὺς ἐν Κραννῶνι, καὶ Θάσῳ, καὶ τοὺς ἄλλας πολίχνας †πένητας· ἀπολείψει δ' Κῴοις μὲν καὶ πολίταις Πόλυβόν τε, καὶ τοὺς ἄλλους μαθητάς· αὐτὸς δ' πᾶσαν ἀλαλήσεται ἐφήξει τὴν Ἑλλάδα. χρὴ γὰρ αὐτὸν γράψαί τι καὶ περὶ φύσεως χωρίων. ἵν' οὖν κρίνῃ τῇ πείρᾳ τὰ ἐν μέρει διδαχθέντα, χρὴ πάντως αὐτὸν πόλεως ἑνὸς αὐτόπτην τῆς πρὸς μεσημβρίαν τετραμμένης, καὶ τὴν πρὸς ἄρκτον, καὶ τὴν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, καὶ τὴν πρὸς δυσμάς. ἰδεῖν δ' καὶ τὴν ἐν κοίλῳ κειμένην, καὶ τὴν ἐπ' ὑψηλοῦ· καὶ τὴν ἐπ' ἀκταῖς ὕδασι χαιρούσην, καὶ τὴν πηγαίοις, καὶ τὰς ὀμβρίοις, καὶ τὴν ἐκ λιμνῶν καὶ ποταμῶν. ἀμῆσαι δ' καὶ [εἰ] μηδ' εἴ τις ψυχροῖς ἀγαν ὕδασι, μηδ' εἴ τις θερμοῖς χρῶτο, μήτε νιτρώδεσι, μήτε στυπτηριώδεσιν, ἢ τισιν ἑτέροις τοιούτοις. ἰδεῖν δ' καὶ ποταμῷ μεγάλῳ προσοίκουν πόλιν, καὶ λίμνῃ, καὶ ὄρει, καὶ θαλάττῃ, καὶ τὰ μὲν πάντα νοῆσαι, καὶ περὶ ὧν αὐτὸς ἡμᾶς ἐδίδαξεν

† De lege, sub finem.

[del.]

† Dē aqu. aër. & loc. ca.

† ἐλλιπὲς. ὥστε ὁ μόνον ἀναγκαῖον χρημάτων καταφρονεῖν τὸν τοιοῦτον ἐσόμενον, ἀλλὰ καὶ φιλόπονον ἑαυτοῦ ὑπάρχειν. καὶ μὴν οὐκ ἐνδέχεται φιλόπονον εἶναι τινὰ μεθυσκόμενον, ἐμπιπλάμενον, ἢ ἀφροδισίοις προσκείμενον, ἢ συλλήβδην εἰπεῖν, αἰσχίοις καὶ χαλεπῶς ἀνυλοῦντα. σωφροσύνης γοῦν φίλον, ὥσπερ γε καὶ ἀληθείας ἑταῖρον, ὃν ἀληθὴς ἰατρὸς ἐζήρηται. καὶ μὴν οὐ καὶ λογικὴν μέθοδον ἀσκεῖν, χρεὼν ἦν γιγνώσκειν ποῦ τὰ παντὸς κατ' εἴδη τε καὶ γένη νοσήματα ὑπάρχει· καὶ πῶς ἐφ' ἑκάστου λεπτέον ἐνδείξιν τινὰ ἰαμάτων. ἡ δ' αὐτὴ μέθοδος ἥδε καὶ τὴν τοῦ σώματος αὐτὴν διδάσκει φύσιν, ἥ τ' ἐκ πρώτων στοιχείων, ἃ δὴ ἀμοίρων ὅλα κέκληκε· καὶ τὴν ἐκ δευτέρων τῶν αἰσθητῶν. ἃ δὴ καὶ ὁμοιομερῆ προσαγορεύει· καὶ τρίτην ἐπὶ πᾶσιν, τὴν ἐκ τῶν ὀργανικῶν μορίων. ἐνίοις καὶ τίς ἡ χρεία τῶν ζώων ἑκάστοις ἐρμηνεύων ἑκάστου, καὶ τίς ἡ ἐνέργεια, (δεῖν μὲν ἄγειν καὶ ταῦτα μὴ βασανίστως, ἀλλὰ μὴ ἀποδείξεως πεπιστευθαι) πρὸς τῆς λογικῆς διδασκεται μεθόδου.

decuit considerare, de quibus ipse nos docuit. Quare siquis ei futurus est similis, hunc non modò pecunias aspernari opus est, verùm & ardenti animo labores excipere. Atqui laborem subire poterit nemo, qui vino inebriari solet, saginari cibis, indulgere Veneri, atque (in summa) obscœnioribus rebus abdominique mancipari. Itaque si verus quis reperiatur Medicus, idem temperantiæ fuerit modestiæque amicus, nec minùs, quàm scientiæ & veritatis. Ac rationalem quidem Methodum exercebit, censeo, nè morborum quot Genera, Speciésque fuerint, ignoret, quoque modo in singulis remediorum indicatio eligenda sit. Hæc eadem methodus naturam corporis seriatim evolvit; cùm eam, quæ ex primis elementis probè contemperatis constat; tum eam, quæ ex secundis & sensibilibus, quæ & similaria nuncupamus; tum demum illam, quæ ex partibus consummatur organicis. Quin etiam in singulis animalibus quis memoratarum partium usus, quæ operatio (nam & hæc quoque exprimere, nec oscitanter, sed demonstratione excipere oportet) ex Logicæ methodo cognoscendi copia est.

CAP. III.

Quæst. 3. Quòd optimus Medicus, etiam Philosophus.

Τί δὴ οὖν ἔτι λείπεται πρὸς τῷ μὴ εἶναι φιλόσοφον τὸν ἰατρόν, ὃς ἂν Ἱπποκράτους ἀξίως ἀσκήσῃ τὴν τέχνην; εἰ γὰρ ἵνα μὴ ἐζήρηται φύσιν σώματος, καὶ νοσημάτων διαφορὰς, καὶ ἰαμάτων ἐνδείξεις, ἐν τῇ λογικῇ θεωρείᾳ γεγυμνάσθαι προσήκει, ἵνα ᾖ φιλοπόνως τῇ τούτων ἀσκήσει παρεσκευάσθαι, χρημάτων τε καταφρονεῖν, καὶ σωφροσύνῃ ἀσκεῖν, πάντα ἤδη τῆς φιλοσοφίας ἔχοι τὰ μέρη, τό τε λογικὸν, καὶ

QVid igitur restat, quo minùs, qui Artem Hippocratis pro dignitate exercet, Philosophus audiat? Si enim quo melius naturam corporis, morborum differentias, præsidiorum indicationes comprehendat, rationali contemplationi insudâsse par erat; Si horum studio quò laboriosè insistat, divitias contemnere, temperantiam exercere, hic omnes Philosophiæ expleverit partes, Logicam,

Physicam, ac Moralem. Neque enim verendum est, né Pecuniam qui parvi facit, Temperantiam maximi, iniquum agat quidpiam, aut honesto homine indignum: siquidem, quod injustè obeunt homines, aut avaritiâ suasi faciunt, aut voluptate illecti. Quin ut ipse Medicus etiam reliquis ornetur virtutibus, necesse est: quandoquidem omnes sibi connectuntur invicem; nec fieri potest, quin unam qui obtinuerit, reliquas seriatim consequentes attrahat, tanquam ex eodem fune revinctas. Atqui si Philosophia Medicis ad Artem primò addiscendam, pòst exercendam necessaria sit, haud dubium est, quicunque medicus fuerit, eundem (ut universim loquar) Philosophum dici. Neque enim id nostræ demonstrationis egere arbitror, Medicis ut Artem honestè exerceant, Philosophiâ esse opus, cùm sæpe videamus, qui pecuniæ studio tenentur, quàm Venefici sint, non Medici; Artémque naturæ scopo abductam, in contrarium torqueant. An igitur dissenties de nominibus, litémque aniliter seres, dum Medicum tu temperantem, continentem, pecuniæ contemptorem, virum justum esse vis, nec Philosophum tamen? Corporúmne naturas nosse, actiones instrumentorum, partium utilitates, morborum differentias, curationum indicationes; nec tamen operam disciplinæ rationali dedisse? Quid? Rem concessisti; de nominibus concertare non erubescis? Atqui præstiterit tandem, etsi serò, palinodiam canere, nè Graculi aut Corvi more de nominibus arguitêre, sed veritati rerum perscrutandæ operam des. Neque sanè hoc dixeris absque disciplinâ & usu Textorem, Sutorémve bonum effici posse: justum, temperantem, demonstrandi peritum, naturæ scientem, qui neque Præceptore, neque exercitatione sit

τὸ φυσικὸν, καὶ τὸ ἠθικόν. ὁ γὰρ δὴ δεῖ γε, μὴ χρημάτων καταφρονῶν καὶ τῷ σωφρονεῖν ἀσκῶν, ἄτοπόν τι ποιῆσαι. πάντα γὰρ, ἃ τολμῶσιν ἀδίκως ἄνθρωποι, φιλοχρηματίας ἀπαιδεύτους, ἢ χρημάτων ἡδονῆς, ποιοῦσιν. ἔστω δὴ καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἀναγκαῖον ἔχειν αὐτόν. σύμπασαι γὰρ ἀλλήλαις ἕπονται· καὶ οὐκ οἷόν τε, μίαν ἡντιναοῦν λαβόντα, μὴ οὐχὶ καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας ἐνδυς ἀκολουθούσας ἔχειν, ὥσπερ ἐκ μιᾶς μηρινθου δεδεμένας. καὶ μὴν εἴ γε ποῖός τις ἐξ ἀρχῆς μάθησιν καὶ ποῖός τις ἐφεξῆς ἄσκησιν, ἀναγκαῖα τοῖς ἰατροῖς ὄντων ἡ φιλοσοφία, δῆλον ὡς ὅσις ἂν ἰατρὸς ᾖ, πάντως ἔστ' ὅτι καὶ φιλόσοφος. ἐδὲ γὰρ δεῖ, ὅπ ποὸς τὸ χρῆσθαι καλῶς τῇ τέχνῃ φιλοσοφίας δεῖ τοῖς ἰατροῖς, ἀποδείξεως ἡγοῦμαί πινος χρήζειν, ἐωρακότας γε πολλάκις, ὡς φαρμακεῖς εἰσὶν, οὐκ ἰατροὶ, καὶ χρῶνται τῇ τέχνῃ ποὸς τἐναντίον, ἢ πέφυκεν, εἰ φιλοχρήματος. πότερον οὖν ὑμῖν ὀνομάτων ἔτι διενεχθήσει, καὶ λήρησεις ἐρεῖτε, ἐγκεκαπνωμένοι, καὶ σώφρονα, καὶ χρημάτων κρείττονα, καὶ δίκαιον "ἄξιον ἔτι τὸν ἰατρὸν, ἢ μὲν φιλόσοφόν γε; καὶ φύσιν γιγνώσκειν δεῖ σωμάτων, καὶ ἐνεργείας ὀργάνων, καὶ χρείας μορίων, καὶ διαφορὰς νοσημάτων, καὶ θεραπειῶν ἐπιδείξεις, ἢ μὲν ἠσκῆσθαί γε χρὴ τῇ λογικῇ θεωρίᾳ; ἢ τὰ πράγματα συγχωρήσας, ὑμῖν ὀνομάτων οὐκ ἀξιώσει διαφέρεσθαι; καὶ μὲν ὀφὲ μοι, ἄμεινον ἦ νῦν γοῦν σωφρονήσαντά σε," μηδὲ, καθάπερ κολοιὸν ἢ κόρακα, περὶ φωνῶν "ζυγομαχεῖν, ἀλλ' αὐτῷ δεῖ πραγμάτων ἀπτεσθαι τῇ ἀληθείᾳ. ὁ γὰρ δὴ τοῦτό γ' ἂν ἔχοις εἰπεῖν, ὡς ὑφαίνης μᾶλλον, ἢ σκυτοτομῶν, ἀγαθὸς ἂν ἐκ μαθητοῦ τε καὶ ἀσκήσεως οὐκ ἂν πολὺ χεῖρον; δίκαιον δέ τις, ἢ σώφρων, ἢ ἀποδεικτικὸς, ἢ δεινὸς περὶ φύσιν ἀξιαγάστου ἀναφανήσεται, μήτε διδασκάλοις

" κότες.

" ἄξιον.

" μηδ' ἢ

" Ad. λογομαχεῖν.

δασκάλοις χρησάμθρ, μήτ' αὐτὸς ἐπασχίζας ἑαυτόν. εἰ τοίνυν καὶ τοῦτ' ἀναίσχυντον, καὶ δεύτερον ἐστὶ τοιῶν πραγμάτων ὄζειν, ἀλλ' ἀφ' ὀνομάτων ἐρίζοντθ· φιλοσοφητέον ἡμῖν ὅτι τάχιστα, εἶτα ἱκανοὶ τοὺς ἀληθῶς ἐσμὲν ζηλωταί. καὶ [1] τοῦτο ποιοῦμθν οὐδὲν κωλύει, μὴ παραπλησίως, ἀλλὰ καὶ βελτίους αὐτῶν γενέσθαι, μανθάνοντας μὲν, ὅσα καλῶς ἐκείνοις πέπραπται, τὰ λείποντα δ' αὐτοὶ ἐξευρίσκοντας.

[1] Al. τούτῳ

usus, derepentè evadere. Quocirca, si hoc impudentiæ est, illud verò hominis non de rebus, sed de vocibus altercantis; nobis, si veri Hippocratis æmuli esse volumus, Philosophiæ totius ratio atque exercitatio priùs comprehendenda est. Quod si fecerimus, nihil erit moræ, quo minùs non modò pares, sed & superiores illo simus; cùm cognitis iis, quæ ab ipso scitè dicta sunt, cætera, quæ Arti desunt, ipsi invenerimus.

ΓΑΛΗΝΟΥ

Περὶ τῆς ἀρίστης διδασκαλίας.

GALENI

De optimo docendi genere, Liber.

Proœmium.

CAP. I.

Modus docendi vetustiorum & recentium Academicorum.

ΤΗΝ εἰς ἑκάτερα ἐπιχείρησιν, ἀρίστην εἶναι διδασκαλίαν ὁ Φαβωρῖνθ φησίν. ὀνομάζουσι δ' ἔτως οἱ Ἀκαδημικοὶ, καθ' ἣν τὴν ἀντικειμένην προσαγορεύουσι. οἱ μὲν οὖν παλαιότεροι, τελευτῶν αὐτὴν εἰς ἐποχὴν ὑπολαμβάνουσι· ἐποχὴν καλοῦντες, ὡς ἂν εἴποι τις ἀοριστίαν· ὅταν ὅτι, περὶ μηδενὸς πράγματθ ὁρίσασθαι, μηδὲ ἀποφήνασθαι βεβαίως· οἱ νεώτεροι δ' (οὐ γὰρ μόνθ ὁ Φαβωρῖνθ) ἐνίοτε μὲν εἰς ποσοῦτον προάγουσι τὴν ἐποχὴν, ὡς μηδὲ τὸν ἥλιον ὁμολογεῖν εἶναι καταληπτόν.

FAvorinus optimum docendi modum censuit, quo in utramque disseritur partem. Sic enim eum appellant Academici, quo adversam partem defensitant. Ac vetustiores modum hunc desinere arbitrantur, in Epochen. Epochen vocant, quasi dicas sententiæ suspensionem: quod idem prorsus est, nullam rem definire, nihil certò asseverare. Recentiores autem (neque enim solus est Favorinus) interdum eò suspensionem proferunt, ut nè Solem quidem fateantur sciri. Interdum eò

Cogni-

Cognitionem producunt, ut discipulis etiam suis antè commendent, quàm Normam Criteriúmque sciendi addidicerint. Nec enim aliud est, quod dixit Favorinus libro de Institutione Academicâ, cui inscriptio Plutarchus. Hoc ipsum quoque affirmavit libro ad Epictetum, quo inducitur Oaesimus Plutarchi servus, cum Epicteto disputans. Quin & in libro quem posteà scripsit ad Alcibiadem, laudat Academicos alios, qui rationum, quæ invicem pugnant, alterutri consentiebant, permittebant autem discipulis, ut quod verius videretur, eligerent. At in hoc quidem libro probabile sibi videri affirmavit, nihil comprehendi posse. In eo autem qui Plutarchus inscribitur, concedere videbatur dari quidpiam Firmiter Cognoscibile. Sic enim, quod Comprehensibile vocant, appellare præstiterit, recedentes à vocabulo Stoico.

ἐνίοτε ᾖ, εἰς τοσοῦτον τιμῶ μισοπονηρίας, ὡς καὶ τοῖς μαθηταῖς ὀπιτρέπειν αὐτῶν, ἀλλὰ πρότερον διδάξαι πρότερον ὀπισημονικὸν κριτήριον. ἔστι γὰρ ἀληθές ἐστιν, ὃ Φαβωρῖνος εἴρηκεν ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀκαδημαϊκῆς διαθέσεως, ὁ Πλουτάρχου ὀπιγράψας. λέγει δ' αὐτὸ ἐν τῷ πρὸς Ἐπίκτητον, ἐν ᾧ διάπεδεν ὄζιν Οὐήσιμος ὁ Πλουτάρχου δοῦλος Ἐπικτήτῳ διαλεγόμενος. καὶ μὴν τοι καὶ ἐν τῷ μετὰ ταῦτα γεγραφέναι βιβλίῳ Ἀλκιβιάδει, καὶ τοὺς μὲν τοὺς Ἀκαδημαϊκοὺς ἐπαινεῖ, προτρεπόντας "μὲν ἑκατέρῳ τῶν ἀντικειμένων ἀλλήλοις λόγων, ὀπιτρέποντας δὲ τοῖς μαθηταῖς, αἱρεῖσθαι τὸν ἀληθέστερον. ἀλλ' ἐν τούτῳ μὲν εἴρηκε, πιθανὸν ἑαυτῷ φαίνεσθαι, μηδὲν δὲ καταληπτόν. ἐν δὲ τῷ Πλουταρχῳ, συγχωρεῖν ἔοικεν, εἶναί τι βεβαίως γνωστόν· ἄμεινον γὰρ εἶναι τοὺς ὀνομάζειν τὸ καταληπτὸν, ἀποχωροῦντας ὀνόματι στωϊκῷ.

" Sup. par. 1

Refutatio.

CAP. II.

Ratio docendi à Favorino posita refellitur.

EQuidem mirabar, ita me Dii ament, cur Favorinus, qui singula consuevit nomina ad Atticam Dialectum revocare, non desinat uti hiis, "Comprehensibile, Comprehensio, Comprehensiva Imaginatio: neque etiam contrariis: ut quæ privativè proferuntur, "Incomprehensiva Imaginatio, aut ipsa Incomprehensibilitas: Et, cùm tres libros scripserit, unum ad Adrianum, ad Dysonem alterum, tertium ad Aristarchum, cur omnibus titulum indiderit, "De Comprehensiva Imaginatione: per eorum verò singulos strenuè contendendo demonstrare conatur, Comprehensivam Imagi-

ΚΑὶ ἔγωγε ἐθαύμαζον μὴ τοῦ θεοῦ, ὅπως ὁ Φαβωρῖνος, εἰς τὴν τῶν Ἀττικῶν φωνὴν εἰωθὼς μεταλαμβάνειν ἕκαστα τῶν ὀνομάτων, ἐπαύεται λέγων ἔτε τὸ καταληπτὸν, ἔτε τὴν κατάληψιν, ἔτε τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν· ἔτε τὰ τούτοις ἀντικείμενα οἷον περιττικῶς λεγόμενα, ἀκατάληπτον φαντασίαν, ἢ τὴν ἀκαταληψίαν αὐτῶν. ὡς δὲ καὶ τρία βιβλία γράψας, ἓν μὲν πρὸς Ἀδριανὸν, ἕτερον δὲ πρὸς Δύσωνα, καὶ τρίτον πρὸς Ἀρίσταρχον, ἅπαντα περὶ τῆς καταληπτικῆς φαντασίας ἐπέγραψε· καὶ καθ' ὅλα γε αὐτὰ γνησίως ἀγωνίζεται, πειρώμενος ὀποδεικνύναι

ἐπιδεικνῦσι τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν οὐδ' ὑπάρκτον. ἐγὼ δ' ὅτι μέν τι καταληπτὸν ἡγοῦμαι σημαίνειν, οὐδὲ τὸ γνωστόν· ὅτι δέ τι τὸ καταλαμβάνεσθαι, τὸ βεβαίως γιγνώσκειν· ἀνάλογον δ' αὐτοῖς λέγεσθαι τήν τε κατάληψιν, καὶ τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν. ἐπειδὴ γὰρ ἔνια μὲν εἰόμεθα ἢ βλέπειν, ἢ ἀκούειν, ἢ ὅλως αἰσθάνεσθαι, καθάπερ ἐν ὀνείροις καὶ μανίαις· ἔνια δ' οὐκ εἰόμεθα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατ' ἀλήθειαν ὁρῶμεν, ἢ ὅλως αἰσθανόμεθα· ταυτὶ μὲν τὰ δεύτερα πάντες ἄνθρωποι, πλὴν Ἀκαδημαϊκῶν τε καὶ Πυῤῥωνείων, εἰς βεβαίαν γνῶσιν ἥκειν νομίζουσιν· ἃ δ' ὄναρ, ἢ παραπαίοντων ἢ ψυχὴ φαντάζεται, ψευδῆ ταῦτ' ὑπάρχειν. εἰ μὲν δὴ συγχωροῦσιν αὐτὸ τοῦτ' ὅπως ἔχειν, ἐξαλειψάτωσαν, ἐν οἷς γράφουσι, μήτε τὸ μαινομένου τὸν σωφρονοῦντα, μήτε τὸ νοσοῦντος τὸν ὑγιαίνοντα, μήτε τὸ κοιμωμένου τὸν ἐγρηγορότα, πρότερον ὑπάρχειν εἰς τὴν τῶν πραγμάτων γνῶσιν. εἰ δ' οὐδὲν μᾶλλον ἐκείνοις ὄζειν, ἢ τοῖς ἐναντίως διακειμένοις γνωστὸν, συγχέχυται μὲν δήπου τὰ τῆς ἀληθείας κριτήρια, ὅτ' αὐτὸς ὁ διδάσκαλος ὁ Ἀκαδημαϊκὸς, ὅτ' ὁ μαθητὴς οὐκ ἔσται κρῖναι τὰ εἰς ἑκάτερα τῶν ἀντικειμένων εἰρημένους λόγους. ἔτι δ', ἃ δεησόμεθα τὴν ἀρχὴν τοιούτων διδασκάλων, διωμάμοί γε καὶ αὐτοὶ τὰ γεγραμμένα τοῖς ὑπὸ τῶν αἱρέσεων ἀντιδιηρημένων ἀναγινώσκειν. καὶ οὐδὲν ἧττον τῶν Ἀκαδημαϊκῶν εἰδέναι· κἂν ἀσαφές αὐτῶν τι ᾖ, τὸ μὲν οὐδὲ πρὸς Χρυσίππου τοῖς στωϊκοῖς διδασκάλοις ἀσφαλέστερον ὀνομάζειν ὅτι. τὸ δ' οὐδὲ Θεοφράστου, καὶ Ἀριστοτέλει, τοῖς περιπατητικοῖς· ὥστε δ' οὐδὲ κἀπὶ τῶν ἄλλων ὥστ' οὐδὲν αὖ τι λείποιτο πρὸς διδασκαλίαν τοῖς Ἀκαδημαϊκοῖς, ὡς ἐπὶ τῷ Φαβωρίνου λόγῳ.

nationem reperiri nullam. Ego verò neque* *comprehensibile* sonare aliud arbitror, quàm "cognoscibile, nec "Comprehendere, quàm "certò cognoscere: sed juxta proportionem ad illa dici, tum "Comprehensionem, tum Comprehensivam Imaginationem. Quoniam enim nonnulla nos videre, audire, atque omnino sentire putamus: velut in somniis, aut per insaniam: nonnulla non modò putamus, sed re ipsâ videmus, aut omnino sentimus. Posteriora hæc omnes (Academicis, Pyrrhoniisque exceptis) ad certam assurgere cognitionem putant: quæ autem per Somnium, aut hallucinante animo cogitant, mentita esse & falsa. Itaque si hoc sic habere concesserint, deleant ea quæ consignârunt libris: "Penes rerum Cognitionem nec Sano magis quàm Furioso credendum, nec rectè Valenti quàm Ægroto, nec Vigilanti quàm Dormienti. [a] Sin illis nihil magis quàm his, qui contra se habent, cognosci queat; [b] confusa jam sunt Veritatis Iudicatoria, [c] nec Præceptor Academicus, nec [d] Discipulus Rationes poterit oppositas, quæ in utramque differuntur partem, judicare. Deinde nec omnino istiusmodi Doctoribus indigemus: cùm liceat nobis, quæ à Sectis sibi mutuò adversantibus conscripta sunt, per nos legere, nihilóque minùs, quàm ipsi Academici, scire: Et si quid eorum obscurum sit, quod à Chrysippo quidem vestro traditum, id tutiùs appellabimus à Stoicis traditum magistris; quod autem à Theophrasto vel Aristotele; à Peripateticis; nec absimili modo in cæteris. Ut nihil quicquam Academicis, quod doceant, jam supersit, juxta disputationem Favorini: Nam

Nam vetustiorum quidem præceptio fuit hæc: Nullum esse Homini Iudicatorium à Natura datum, cujus normæ res singulas conferendo, exquisitè eas possit dignoscere. Itaque de re nulla pronunciandum censebant, sed de omnibus Sententiam perpetuò suspendendam. Verùm enimverò, si nobis ut oportet, annuerint, [Sensum Naturalibus Iudicatoriis tribui,] Dissertatione illà in utramque partem nihil opus erit, sed alterius partis Postulatione: Planiùs quidem: ut Artifices, quod efficere volunt, ne discipulis exhibeant statim, sed alteram partem colligere jubeant, quod vulgò dicitur, Rem putare. Hoc autem est, ut Doctor Tyroni, qui exercetur, instet; in quibus ille labitur, animadvertat; ea sola corrigens & coercens. Ac simili exemplo, qui pueros Palæstrâ instituit, luctantium corrigit errata: Nec alio modo Grammaticus, Rhetor, Geometra & Musicus docent Discipulorum Fidem, quam Naturalibus Iudicatoriis habent, non labefactantes, non convellentes, sed iis, qui exercentur, instantes, quoad singulares evidentias, quæ sine errato sint, iis demonstrent, nedum Suspensionem inducant Sententiæ. Ipsi enim hii sunt, qui rerum evidentiis diffidere nos cum sensibus jubent, vel iis quæ pro certo sciuntur, nosmet ipsos opponere. Etenim Carneades nè hoc quidem, quod est omnium evidentissimum, credendum vult, " Magnitudines, quæ eidem æquales, inter se quoque esse. Ac Rationes quidem, quibus & hæc & alia multa, quæ palam videntur, quæ creduntur, destruere conatus est, in hunc diem reservatas habemus. Extant enim à Discipulis ejus collectæ, literisque proditæ. Solutiones autem, neque ab illis, nec ab alio quoquam Academicorum qui post ipsum floruerunt, explicatæ sunt. Nunquid igitur (Discipuli mei) si nihil aliud,

τοῖς μὲν γὰρ πρεσβυτέροις αὐτῶν δόγμα τοῦτο ἦν τοιόνδε, τὸ μηδὲν εἶναι κριτήριον ἀνθρώπῳ δεδομένον ὑπὸ τῆς φύσεως, ᾧ παραβάλλοντα ἕκαστον τῶν ὄντων ἀκριβῶς διαγινώσκεται. διὸ μηδ' ὑποφαίνεσθαι τοῖς μηδενὸς ἀξίοιν, ἀλλὰ πάντων ἐπέχειν ἀεί. ἢν εἰ δὴ τοῖς φυσικοῖς κριτηρίοις αὐτὴν ἱκανῶς συγχωρήσουσιν ἡμῖν, οὐδὲν ἔτι δεησόμεθα τῆς εἰς ἑκάτερα ὑποτιθέσεως, ἀλλ' ἑτέρου τινὸς ἀποδείξεως· μᾶλλον μὲν, τοῦ τεχνίτου [δὲ] παρέχοντος τοῖς μαθηταῖς εὐθέως, ἀλλ' ἑτέρου, τοῦ λογίζεσθαι, τὸ καλούμενον ὑπὸ τῶν πολλῶν ψηφίζειν· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἐπισκοπεῖσθαι τῷ γυμναζομένῳ, καὶ τοῦτο προσέχειν τὸν νοῦν, ἐν οἷς σφάλλεται, καὶ ταῦτα ἐπανορθοῦντα μόνα. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ παιδοτρίβης ἐπανορθοῦται τὰ τῶν παλαιόντων ἁμαρτήματα· καὶ ὁ γραμματικὸς, καὶ ὁ ῥήτωρ, καὶ γεωμέτρης, καὶ μουσικὸς, ἕτω διδάσκουσιν, ἐδιδάσκοντες δὲ καὶ ἐλθόντες τῶν μαθητῶν ἦν ἔχουσι πίστιν ἐπὶ τοῖς φυσικοῖς κριτηρίοις, ἀλλ' ἐρεσχοῦντες αὐτοῖς γυμναζομένοις, ἄχρι οὗ ἂν ἀναμαρτήτοις ἀποδείξωσι τὰς κατὰ μέρος ἐναργείας, ἀλλ' οὐχὶ τὴν ἐποχὴν εἰσάγοντες. αὐτοὶ γάρ εἰσιν, οἳ καὶ ταῖς ἐναργείαις σοὶ αἰδήσεσιν ἀπιστεῖν ἀναλιδέντες, "ἢ τοῖς ὑπὸ τῶν βεβαίως γινωσκομένοις καταφρονεῖν". ὁ γοῦν Καρνεάδης οὐδὲ τοῦτο, τὸ πάντων ἐναργέστατον, συγχωρεῖ πιστεύειν, ὅτι τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα μεγέθη, καὶ ἀλλήλοις ἴσα γίνεται. τοὺς μὲν οὖν λόγους, οἷς ἐπιχειρεῖ "καταλύειν ταῦτα καὶ ἄλλα πάμπολλα τῶν ἐναργῶς τι δοκούντων σοι φαινομένων τε καὶ πιστευομένων, ἔτι καὶ εἰς τόδε σωζομένους ἔχομεν. ἀποκεῖνται γὰρ ἐν γράμμασιν, ὑπὸ τῶν μαθητῶν αὐτῶν συναθροισθέντες. αἱ λύσεις δ' οὐθ' ὑπ' ἐκείνων, οὔθ' ὑπ' ἄλλου πώποτε ἐξέδοθησαν τῶν μετ' αὐτὸν Ἀκαδημαϊκῶν. ἆρ' οὖν, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, τοῦτο γοῦν ἐδήλωσε

" Ad.—δεῖν

" Lon. καὶ

" —φονεῖν.

" λύειν κατὰ

ἐδήλωσε μόνον, ὅτι σοφίσματά εἰσιν οἱ λόγοι πάντες ἕτοι; καὶ ζητητέον τὴν λύσιν αὐτῶν ἡμῖν, ὦ μαθηταί; μοχθηρὸν μὲν γὰρ τοῦτο σμικρότερον δ' ὅμως ἂ πεποιήκασιν, οἱ γράψαντες μὲν αὐτοὶ, μὴ δηλώσαντες δ' ὑμῖν, ὁποῖοί τινές εἰσι. ἥδεως δ' ἂν ἠρόμην, εἰ "σοὶ λῶ ὁ Φαβωρῖνος, ἀρά γε κελεύει με πείθεσθαι αὐτοῖς ἅπασι τοῖς λόγοις, ἢ σκοπεῖσθαι, πότερον ἀληθεῖς εἰσιν, ἢ ψευδεῖς· ἐὰν δὴ γὰρ σκοπεῖσθαι συνεχώρησεν, ἠρόμην δ' ἂν ἔπι τῷδε παντὸς, εἰ φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει, διακρίνειν ἀληθεῖς λόγους ψευδῶν, ἢ μέθοδός τις ἔστι τῆς ἑκατέρων γνώσεως. εἰ μὲν γὰρ φύσει, πῶς οὐχ ὁμολογοῦμεν ἀλλήλοις ἅπαντες, καὶ ὡσαύτως ἀποφαινόμεθα περὶ τῶν αὐτῶν; εἰ δὲ μέθοδός τις ἔστι, αὐτὴν προτίθη μαθεῖν ἐχρῆν· ἔπειτα δὲ, ἐπιστατοῦντας αὐτοῖς γυμνάσαι πολυειδῶς ἐπὶ παραδειγμάτων πλειόνων· ὥσπερ οἱ παλαίειν μανθάνοντες, ἢ σκυτοτομεῖν, ἢ οἰκοδομεῖν, ἢ ναυπηγεῖν, ἢ ῥητορεύειν, ἢ ἀναγινώσκειν, ἢ γράφειν, ἢ ὅλως ὁπῶν ἐνεργεῖν χρὴ τέχνῃ. εἰ μὲν δή τις ἐγχαλεῖ τῶν Ἀκαδημαϊκῶν, οἷον μή τι χρῆμά ἐστιν ἡ ἀπόδειξις, οἷον δὲ σόφισμα, καὶ ὡς χρὴ διαγινώσκειν αὐτὰ, καὶ ὡς χρὴ γυμνάζεσθαι χρὴ ταῦτα; *ὡς ὁ Φαβωρῖνος ἐπιτρέπει τὴν κρίσιν ὡς εἰς ἑκάτερα ἐπιχειρημάτων τῶν μαθητῶν, πλὴν ὅτι φευκτόν ἐστιν, ἐδίδαξεν ὁ Ἀκαδημαϊκὸς ἕκαστον τῶν εἰρημένων, ἐχρῆν τε ἡμῖν τοῦ ἴσως τῶν δογμάτων διδασκάλου. εἰ δ' ἔστ' ἐγκαλεῖ τις ὑπὲρ τῆς διαφορᾶς αὐτῶν, ἔστ' ἐγύμνασεν· ὅμοιόν τι ποιεῖ τέκτονι κελεύοντι τὸ μαθητῇ μετρῆσαί τε, καὶ σῶσαι, καὶ ὀρθοῦναι, καὶ κύκλον γράψαι, χωρὶς τοῦ πῆχυν δοῦναι, καὶ "ξυστὸν, καὶ κερκῖνον. ἀλλ' ἴσως φησὶ, μηδὲν εἶναι πίστιν ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ δόγμασι. μὴ τοίνυν ἔτι προσποιεῖσθαι γινώσκειν τι, μηδ' ὑπολαμβάνειν, μηδὲ

hoc saltem non argumento , rationes ejus has omnes hismata fuisse? vobísque Solutiones earum restare indagandas? Improbum enim hoc esset, at nihilominus ab iis factitatum, qui tradiderunt vobis has; quales essent, non indicârunt. Equidem à Favorino, si in vivis esset, lubens quærerem, utrum Rationibus his juberet me credere, an considerare veræne sint, an falsæ? Nam si annuerit, considerare, rogarem inde universim, utrum omnibus in universis hominibus à natura vis insit discernendi Rationes veras à falsis? an methodus potiùs quædam sit utrasque dignoscendi? Nam si à Natura insit, qui fit, ut neque omnes consentiamus invicem, neque iisdem de rebus perinde pronunciemus. Sin Methodus quædam sit, hæc omnium primùm erat addiscenda; deinde oportebat eos, qui nobis præsunt, exemplis nos exercere variis, peræquè ut exercentur, qui luctandi artem discunt, aut coriariam, aut ædificandi, aut construendi naves, aut facultatem dicendi, legendi, scribendi, aut (in summa) ex arte quid libet operandi. Ac si quis Academicorum docuisset, cujusmodi quiddam sit Demonstratio, cujusmodi, Sophisma; quo pacto utrumque discernere deceat, quomodo in utroque nos exercere (quemadmodum Favorinus judicium Discipulis, quippe re utrinque disceptatâ, admittit, nisi quòd hoc ipsum superfluũ sit:) præclarè Academicus unumquodque eorum quæ dixi explicâsset, nósq; nostrorum Præceptores Dogmatum ex sententia consequeremur. Sin harũ distinctiones neq; exposuit Academicus quis, nec Discipulos exercuit, perinde facit, acsi Faber Discipulum jubeat metiri, trutinare, dirigere, Circulum ducere, nec Cubitum metienti det, nec Lancem pensitanti, neq; dirigenti Regulam, neque Circinum Circulos ducenti. Forsitan dicet, in Philosophia & Dogmatibus nullum tale Criterium

dari. Ne igitur deinceps te quicquam assimules scire, neve pronuncies; ne fuge ab ea, quam veteres induxêre Academici, Suspensione Sententiæ; neque te insolentiùs jacta, Grammaticastri more, qui in iis tantùm quæ à Prioribus tradita, te exercuisti. (Quibus nihil sani inesse, intuenti perspicuum est.) Neque enim hoc ejus qui docere profitetur, munus est, sed potiùs nugacitas quædam aut insania. Vnde igitur vera inveniendi supereſt spes? Quem enim veri falsique Indicatorium deficit, huic cognitionis spes esse quæ potest? Tu verò Sophistas tantùm doceas, nullum nobis Criterium innasci: Itaque jam deinceps audacter quidem ipse, nobiscum tamen, ita forsan inquit; "Quòd "Criteria quibus evidenter judice- "mus de vero, sint Sensus & Intel- "lectus, concesserit eorum aliquis, "qui in Logicis voluerit frustrancâ "ipe volutari. Quicunque autem totam (ut ille) sustulêre spem, frustra nugantur. Favorinus igitur, ut patet, dum omnia præ pudore, subvertere veretur, cùm nescire se profitetur an id sit, quod esse veteres Academici Pyrrhoniique dicebant: tum etiam simulat se Discipulis suis, quòd ne veteres concessêre sibi ipsis, Iudicium permittere. Ergo quòd ejusmodi Institutio Tyronum, qualem cogitat Favonius, nedum antecellat cæteris, verùm ne omnino doctrina quidem appellanda sit, satis mihi, opinor, dilucidè demonstratum.

ἀποδίδρασκε τὴν ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων Ἀκαδημαϊκῶν εἰσαγομένην ἔποχήν· μηδὲ σεμνύου γραμματικῇ ποιῶν ἔργον, ἃ μὲν εἰρήκασιν οἱ πρόσθεν ἐπιμελετικῶς (ὅπ ἢ αὐτῶν ὑμῖν ὄζιν ὠφέλιμον, δῆλον ἐνιοεῖν.) ὠφελὲ γὰρ διδασκάλου τόγε τοιοῦτόν ὄζιν, μὴ ἀδολεσχία τις, ἢ λῆρος. πόθεν οὖν ἐλπὶς ὑπολείπεται τῆς τῶν ἀγνοῶν εὑρέσεως; ᾧ γὰρ ὠφέλιμον ὑπάρχει κριτήριον ἀγνοῶν καὶ ψευδῶν, ἀνέλπιστος ἡ γνῶσις αὐτῶν. "ἐγχείρησον ἢ διδάξαι μόνον σοφιστὰς, μηδὲν ἡμῖν ὑπάρχειν κριτήριον σύμφυτον· ὡσέ γε μετὰ τοῦτο τολμήσας, ἡμῖν μέν τοι ἴσως "λιπὼν· "αἰδημόνως τε καὶ νύσσων ἑαυτῷ κριτήρια τὰ ἀγνοῶν ἢ συγχωρήσειέν ἄν τις, ἐν λογικαῖς κυλινδεῖσθαι βουλόμενος" ἐλπίσι ματαίαις. ὅσοι δ' ἀνῃρήκασι ὅλως τὴν ἐλπίδα, καθάπερ ἐκεῖνος, μάτην φλυαροῦσι. δῆλος οὖν ὄζιν ὁ Φαβωρῖνος, αἰδοῖ μὲν ἀναιρέπων πάντα, καὶ ἀγνοεῖν ὑπάρχειν ὁμολογῶν, "ὅπερ ὑπάρχειν οἱ πρόσθεν ἔλεγον Ἀκαδημαϊκοί τε Πυῤῥωνεῖοι προαπτόμενος δ' ἐπιτρέπειν τὴν κρίσιν τοῖς μαθηταῖς, ἣν αὐτὸς ἑαυτοῖς ἐπέτρεψαν οἱ πρὸς αὐτοῦ. ὅπ μὲν οὖν ἡ τοιαύτη διδασκαλία τῶν μανθανόντων ὀπῶν, οἵαν ἐνοεῖται Φαβωρῖνος, ἃ μόνον οὐκ ἔζιν ἀεῖση τῶν ἀγνώων, μὴ ὠφελὲ διδασκαλία" τὴν ἀρχὴν, ἐναργὼς εἶναι δεδιδάχθαι.

Demon-

" ἐγχεί·
" Re. φασί.
" Lon. μέτις
" ὅθεν
" -σκάλου

Demonstratio Sententiæ *Galeni*.

CAP. III.

Docendi Ratio optima. Quæ?

ΑΝ δ' αἱ λοιπαὶ πάντων δοξασκαλίαι μὲν εἰσιν, οὐδ' ἄδηλα, σκοπῶμεν, ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ τῆς αὐτῶν αὖθις ἀρξάμενοι. φαίνεται γὰρ ἡμῖν ἐναργῶς τοῦτο, καὶ νῦν μάλιστα αὐτοῖς ἄπιστον ἐργάσασθαι παυσάζεσιν οἱ σοφισταί, "Μηδὲν εἶναι κριτήριον φυσικόν. ὁ μὲν γὰρ κιρκίνος χρᾶται τῷ κύκλῳ, ὁ δὲ πῆχυς διακρίνει τὰ μήκη, καθάπερ ὁ ζυγὸς τὰ βάρη. ταῦτα δὴ αὐτὸς κατεσκεύασεν ἄνθρωπος, ἐκ τῆς φυσικῆς ὀργάνων τε καὶ κριτηρίων ὁρμώμενος, ὧν οὐδέτερον κριτήριον, οὔτε πρεσβύτερον, οὔτε σεμνότερον ἔχομεν. εἰ τοίνυν ἐντεῦθεν ἀρχὰς δεῖ (λέγει γὰρ πάλιν ὁ νοῦς, ὅπ πιστεύσαι μὲν, ἢ ἀπιστῆσαι ὡς τῷ φυσικῷ κριτηρίῳ, δυνατὸν ἡμῖν ὄντι· κρῖναι δ' ὅ δυνατὸν αὐτὸ δὴ ἑτέρα πνὸς. ὧ γὰρ κρίνεται τ' ἄλλα πάντα, πῶς αὖ τοῦτο πρὸς ἄλλο κριθείη;) πιστεύειν βούλει τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐναργῶς ἰοῦσι, καὶ τῇ γλώσσῃ γλυκὺ μὲν, τοῦτο μὲν μᾶλλον εἶναι, τοῦτο δ' οὔκον. ἢ μὴ πιστεύῃς; ὑπεξέρχομαι. οἱ βούλει ποιεῖν ἐφ' ἡμῖν, εἰ μὴ τοι ἀπειθεῖς διαλεχθῆναι μοι· μὴ πιστεύοντα δ', ὡς ἔοικε φύσιν ἔχοντα ἀφίσταμαι. κεῖθεν πρότερον, ἀπιστεῖν σε, "μηδὲν ἐλπίζειν μαθήσεσθαι παρ' ἐμοῦ· τοῦτο γὰρ ἄρτι πέπαυμαι λέγων. ὑποκείσθω δ', σε πιστεύειν, [καὶ] ἐλπίζειν μαθήσεσθαι παρ' ἐμοῦ κείνειν. ἆρ' ἐγὼ [οἶμαι] τὰ μὲν αἰσθητὰ, τοῖς ἐναργῶς αἰσθήσει φαινομένοις, τὰ δ' νοητὰ, τοῖς ἐναργῶς νοκρίνοις. ἐπεὶ δ' ἐν τῇ φυσικῶν κριτηρίων, αἱ τέχναι πᾶσαι κατασκευάζουσιν ὀργανά τε, καὶ κριτήρια τεχνικὰ, δι' ὧν τὰ μὲν αὐτοῖς σωπιδέασι,

RElique autem Philosophorum omnium, an doctrinæ quidem, nec tamen optimæ videantur, expendendũ est, ab eodẽ fundamento denuò exorsis. Hoc enim nobis evidenter apparet, dari aliquod Iudicatorium Naturale; quanquam Sophistæ, quasi incredibile id sit, contrarium efficere conentur. Etenim & Circinus describit Circulum, & Cubitus longitudines destinguit, sicut & Lances gravitatem. Hæc fabricatus est homo, ex Naturæ Instrumentis Criteriisq; auspicatus: extra quæ nec antiquius Criterium nacti sumus, nec præstantius. [a] Si igitur hinc exordiri oporteat: (Rursum namq; distat Intellectus. [b] Ipsi tanquam naturali Criterio, credere nos posse, vel nõ credere. [c] Ipsũ autem Criteriũ per aliud judicare non posse: quo enim judicant universa, qui tandem fiet, ut ab alio id quopiam judicetur?) [d] Credere vis oculis clarè cernentibus, & linguæ probè gustanti, hoc esse pomum, illud ficum, an non credere? [e] Concedam tibi nobiscum facere quicquid volueris, si disceptare instituas. [f] Si nihil credis, abiceam à te, velut ab eo, qui præter Naturam affectus est. [g] Ponatur primùm, te non credere, nec operare, ut ex me quidpiam discas. [h] Hoc enim pridem impræsentiarum supersedere dicere. [i] Supponatur verò, te credere, & spem esse ut à me discas aliquid. [k] At ego me Sensibilia judicare debere arbitror ex iis quæ Sensibus evidenter apparent, Intelligibilia ex iis, quæ clarè intelliguntur. [l] Quoniam autem Ars omnis ex Naturalibus Criteriis Instrumenta & Criteria parat Artificiosa, quorum subsidio alia sibi ipsi componit, alia ab aliis composita judicat:

[m] Et

[m] Et ego quoque Instrumenta & Criteria docebo, quibus vel Rationes extrahere veras, vel aliorum possis Argumenta judicare. [n] Sic enim tibi habes totum. [o] Nam Sensui, vel Intellectui si quid ex se palam appareat, ei nihil Inquisitione est opus. [p] Sin ejusmodi nihil existat, Cognitio quæ aliunde nascitur, accedat, necesse est. Equidem traditurum me illa polliceor, quorum alia Instrumentis Artificiosis respondeant, quibus inveniatur, quod cupis: alia Criteriis Naturalibus assimilantur, quibus judicare poteris verène videaris invenisse. Hæc autem ubi perdidiceris, compluribus te exercebo exemplis, quò celeriter, atque examussim invenias Iudicésque quod quæris, ut ad inventionem veri nec libro jam ullo, nec alia Doctrina egeas; & alios etiam, si quid ab iis, quæ invenisti, alienum dicant, actutum intelligas. Quemadmodum enim qui rectum iter quod unum est, probè callet, non alia commonstratione eget ad eas quæ deflectunt, arguendas: Ita qui rectam didicit demonstrandi viam, unâ operâ diverticula etiam pernoscet. Favorinus autem videtur id agere, quasi dicat "Cœcum te esse, nihilominus tamen, uter nostrûm sordidior, candidiórve, judicare posse; neque reputat interim qui talia judicaturus sit, ei Visum oportere suppetere. Quanquam nihil interest, quod ad judicationem attinet, utrum omnino Visu careas, an quem adeptus, eidem nil credas. Eodem etiam modo hæc, "Quòd Criterium quo judicamus, sit tale quid, & "Quòd huic, quæ paria sunt, & inter se paria: sicut asinis judicare, quia mente carent, permitteret nemo: ita nec Hominibus etiam, nisi si mentem habeant, cui credi possit: Quo enim Doctrinis quæ judicantur, refragêre, nihil refert, utrum nullum Criterium

τὰ ὑφ' ἑτέρων συγκείμενα κρίνεσιν· κἀγὼ δείξω ὅλως ὄργανά τε καὶ κριτήρια, τὰ μὲν οἷς κατασκευάσῃς τοὺς ἀποδεικτικοὺς λόγους, τὰ δ' οἷς τοὺς ἐφ' ἑτέρων κρινεῖς γεγονότας. ἔχεις γὰρ ἅπαντα τὰ πάντα. εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἑαυτῆς τι φαίνοιτο σοὶ αἴσθησιν ἢ νόησιν ἐναργῶς, οὐ χρῄζει τούτου ζητήσεως. εἰ δὲ μήτε τοιοῦτον ὑπάρχοι, τῆς ἐξ ἑτέρου σοι δεήσει γνώσεως. ἐγὼ μὲν ἐπαγγέλλομαί σοι διδάξειν, ἔνια μὲν τοῖς κατὰ τέχνας ὀργάνοις ἀνάλογα, ἐξ ὧν εὑρήσεις τὸ ζητούμενον· ἔνια δὲ τοῖς κριτηρίοις, ἐξ ὧν τὸ δοκοῦν εὐρῆσθαι κρινεῖς. ἐπιστὰν δὲ μάθοις ταῦτα, ἐπὶ πολλῶν παραδειγμάτων γυμνάσω σε ταχέως τε ἅμα καὶ ἀκριβῶς εὑρίσκειν καὶ κρίνειν τὸ ζητούμενον· ὡς οὐδὲ βιβλίου δεύσῃ τινὸς ἔτι ἄλλης πρὸς τοῖς σοῖς ἐμπειρίαις εὑρέσεων, ἅτε διδασκαλίας ἑτέρας εὐθύς τε ἀπὸ καὶ τοῦ μηδέ τι λέγοντας ὧν εὕροις, ἑτοίμως γνωρίσας. ὥσπερ γὰρ ὁ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν γινώσκων οὐθεῖαν ἅπασαν, οὐ δεῖται διδασκαλίας ἑτέρας εἰς ἔλεγχον τῶν πεπλανημένων· οὕτω καὶ ὁ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν τῆς ἀποδείξεως ἐκμαθὼν, εὐθὺς ἅμα ταύτην καὶ τὰς πεπλανημένας γνωρίζει. φαίνεται δ' μοι δοκεῖ παραπλήσιόν τι ποιεῖν τῷ φάσκοντι, σὲ εἶ τυφλὸν, δύνασθαι δὲ κρίνειν, πότερον ἡμῶν ὀξυπαρώτερον, ἢ λευκότερον· οὐκ ἐνοῶν, ὅτι τῷ μὲν μέλλοντι τὰ τοιαῦτα κρίνειν, ὑπάρχειν χρὴ θατέρου ὄψιν. ὁ μὴν οὐδὲ διαφέρει πρὸς τὴν κρίσιν, ἢ μηδ' ὅλως ἔχειν ὄψιν, ἢ ἔχοντα μὴ πιστεύειν αὐτῇ. καὶ δ' τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅτι ᾧ κρίνομεν, ὁποῖόν τί ἐστι, καὶ ὅτι τῷ αὐτῷ ἴσα καὶ ὁμοίοις ἴσα ὑπάρχει, καθάπερ τοῖς ὄνοις οὐκ ἄν τις ἐπιτρέψειεν, ὅτι μηδ' ὅλως ἔχουσι νοῦν, οὕτως οὐδὲ τοῖς ἀνθρώποις, εἰ μὴ δέ ἐστι πιστὸν ἔχοιεν τὸν νοῦν. οὐδὲν γὰρ διαφέρει πρὸς τὴν τῶν κρινομένων διδασκαλιῶν ἀπιστίαν, ἢ μηδ' ὅλως ἔχειν

τι

"μίαν

" ἀπιστῶν

† Plato.

† Lib. Demonstr.

πὶ κειτήειον, "ἐμὶ ἢ "απιστῆν αὐτῶ. γελοῖ⊖ οὖν ὄξιν ὁ Φαβωρῖν⊖, ἐπιτρέπων κρίνειν τοῖς μαθηταῖς, αὐτῷ τῇ συγχωρῆσαι τῷ πίστιν τοῖς κριτηρίοις. εἰ γὰρ ἐναργὲς ἔσθ' ὅτιν ἐναργὲς τῷ νῷ, ἢ πιστὸν ἐξ ἑαυτοῦ, διέφθαρται πάντων ἡ κρίσις. εἰ δ' ὄξὺ μὲν, ὥσπερ ὀφθαλμὸς [ἐν] τῷ σώματι, τοιοῦτ⊖ ἐν τῇ ψυχῇ νοῦς, ὁ μὲν ἅπασί γε ὁμοίως ὀξύς· ἕλκωσι, καθάπερ βλέπων ὀξύτερον ἐπάγῃ πρὸς τὸ θέαμα τὸν ἀμβλύτερον ὁρῶντα, κἀπὶ τὸν αὐτὸν ζῆτον καὶ ὅπῃ τῆς νοημάτων, ὥσπερ τῶν φαινομένων ἰδεῖν ἐναργῶς τὸ νοητὸν, ἐπάγεσθαι πρὸς τὴν θέασιν αὐτῷ τὸν ἀμβλύτατον. κἀ τοῦτ' ἔστιν ὁ διδάσκαλ⊖, ὡς ὁ † Πλάτων τε φησὶ, κἀγὼ πείθομαι. καὶ γέγραπταί γέ μοι περὶ τούτων ὀπὶ πλέον ἐν τῇ τῆς ἀποδείξεως † πραγματείᾳ, ὅτι τοιαύτη τὶς ἔστιν ἡ πρὸς τὸν νοῆσιν ἐναργὴς ἡ διδασκαλία. γέγραπται δὲ κἀ ὅπως ἄττις ὁρμώμεν⊖ ἀπὸ τῶν ἐν ἑκάστῳ στοιχείων τε καὶ ἀρχῶν, ἀποδεικτὸν εἶη μάλιστα πᾶν ὅσον ἀποδεικνύναι δυνατόν. ἀγ' ὡς ὁ θαυμαστὸς Φαβωρῖν⊖, ἓν ὅλον γράψας βιβλίον, ἐν ᾧ δείκνυσι, μηδὲ τὸν ἥλιον εἶναι καταλιπὼν, ὡς ἐπιλήσμοσιν ἡμῖν, ἑτέρωθι διαλέγεται, συγχωρεῖ τέ πι βεβαίως εἶναι γνωστὸν, κἀ τοῦτ' ἐπιτρέπων αἱρεῖσθαι τοῖς μαθηταῖς.

nactus sis, an illi quod nactus, neutiquam credas. Ridiculus igitur Favorinus, qui Discipulis permittit judicare, unáque Organis judicandi Fidem detrahit. Nam intellectui si nihil sit evidens, aut certum ex se, omnino actum est Iudicio; Si verò ut Oculus in Corpore est, ità in Animo Intellectus, quanquam non omnibus æquè acutus, par est, ut quemadmodum qui acutiùs cernit, eum cui hebetior acies, ad Spectaculum manuducit; ita in re intelligendâ, ut qui clarè, quod Intellectui offertur, prospicere potest, ad ejusdem Speculationem adducat eum, qui cœcutit. Atque hoc sanè Præceptoris est, quod & sentit Plato, & ipse ego assentior. Ac de his quidem in opere Demonstrationis copiosè disserui. " Quod talis docendi Ratio sit ad intelligendum manifesta. Nec minùs exposui, quomodo quis à Rei Elementis, Principiisque orsus, quàm maximè, quicquid est demonstrabile, monstrare possit: non quomodo divinus iste Favorinus, qui cum integrum texuisset librum, quo ne Solem quidem, an sit, comprehendi docuit; alibi quasi oblitis nobis, disceptatione habitâ, concedit, nonnihil certò cognosci, cujus judicium atque electionem permittit Discipulis suis.

ΓΑΛΗΝΟΥ

ΓΑΛΗΝΟΥ

Περὶ αἱρέσεων τοῖς εἰσαγομένοις.

GALENI

De Sectis ad Tyrones, Liber.

CAP. I.

Empirici & Rationales Medici in quibus differant.

META 1. quò Medicina intendit, Sanitas est. Finis 2. est Sanitatis possessio. Quibus autem subsidiis 3. vel Absentem Sanitatem compares, vel præsentem tueâre, Medicis necessarium est cognoscere. Appellantur ea, quibus absens paratur Sanitas, Medicamenta, & Auxilia: quibus præsens conservatur, Salubris Ratio Victûs. His ergo de causis & ipsa medendi ars, Salubrium, atq, Insalubrium Scientia ab antiquis Scriptoribus nuncupata est; qui Salubria vocabant, quæ præsentem Sanitatem conservent, & quæ corruptam resarciant: Insalubria verò, quæ utrisque contraria: utraque enim cognoscant Medici, necesse est, quo illa eligere possint, hæc defugere. Vnde autem horum Scientiam affatim consequantur, nondum similiter apud omnes in confesso est: Alii enim experientiam solam Arti acquirendæ sat esse affirmant: Aliis Ratio seu Logica non parũ videtur ad Artem perficiendam conferre. Qui ab experientia sola rem aggrediuntur, nomine indidem sumpto, Experimentales vocantur: quo modo qui à Ratione, Rationales. Ac duæ istæ primæ in Arte Medendi censentur Sectæ: Vna per experimentum ad indaganda Remedia procedit: altera per indicationem. Et

ΤΗΣ ἰατρικῆς τέχνης σκοπὸς μὲν, ἡ ὑγεία, τέλος δ', ἡ κῆσις αὐτῆς. ἐξ ὧν δ' ἄν τις ἢ μὴ παρῆσαν ὑγείαν ἐργάζοιτο, ἢ παρῆσαν διαφυλάττοι, γινώσκεσθαι μὲν ἀναγκαῖον τοῖς ἰατροῖς. καλεῖται δ', τὰ μὲν ἐργαζόμενα μὴ ὄντων ὑγείαν, ἰάματά τε καὶ βοηθήματα, τὰ δὲ φυλάττοντα τὴν ὄντων ὑγείαν, ὑγιεινὰ διαιτήματα. τῶν δ' ἄρα καὶ αὐτὴν τὴν ἰατρικὴν, ὑγιεινῶν καὶ νοσερῶν ἐπιστήμην, ὁ παλαιὸς λόγος φησὶν· ὑγιεινὰ μὲν καλῶν, τά τε φυλάσσοντα τὴν ὄντων ὑγείαν, καὶ τὰ τὴν διεφθαρμένην ἀνασώζοντα· νοσερὰ δ', τἀναντία τούτων. δεῖται γὰρ ἀμφοῖν ὁ ἰατρὸς τῆς γνώσεως, ὑπὲρ τοῦ τὰ μὲν ἑλεῖν, τὰ δὲ φυγεῖν. ὅθεν δὴ τὴν τούτων ἐπιστήμην ἐκποδείσαντο, οὐκέθ' ὁμοίως πᾶσιν ἀμολόγηται· ἀλλ' οἱ μὲν τὴν ἐμπειρίαν μόνην ἀρκεῖν φασὶ τῇ τέχνῃ, τοῖς δὲ καὶ ὁ λόγος οὐ μικρὰ δοκεῖ συντελεῖν. ὀνομάζονται δ', οἱ μὲν ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας μόνης ὁρμώμενοι, παρωνύμως ἐκείνῃ ἐμπειρικοί· ὁμοίως δ', καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ λόγου, λογικοί. καὶ δύο εἰσὶν αὗται πρῶται τῆς ἰατρικῆς αἱρέσεις, ἡ μὲν ἑτέρα, διὰ πείρας ἰοῦσα πρὸς τὴν τῶν ἰαμάτων εὕρεσιν, ἡ δ' ἑτέρα,

σα, δι' ἐνστάσεως. καὶ ὀνόματά γε τῶν αἱρέσεων ἔθεντο, ἐμπειρικὴν τε, καὶ λογικὴν καλεῖν δὲ εἰώθασιν οἱ μὲν ἐμπειρικὴν, τηρητικήν τε καὶ μνημονευτικήν· τὴν δὲ λογικὴν, δογματικήν τε καὶ ἀναλογιστικήν. καὶ τοὺς αὖθις, ὁμοίως τοῖς αἱρέσεσιν, ἔθεντο, ἐμπειρικοὺς "μὲν καὶ τηρητικοὺς, καὶ μνημονευτικοὺς τῆς φαινομένης, ὅσοι τὴν ἐμπειρίαν εἵλοντο· λογικοῖς δὲ καὶ δογματικοῖς καὶ ἀναλογιστικοῖς, ὅσοι τὸν λόγον προσεκαντο.

" τε

utrique Sectæ sua tribuunt nomina: Experimentalis & Rationalis. Appellare verò etiam Experimentalem solent Observatricem ac Memoratricem: Rationalem verò, Dogmaticam & Ratiocinatricem. Et Professoribus perinde atque Sectis, alia indidêre nomina: Empiricos enim Observatores vocant, & evidentium memores; qui Experientiam sibi elegêrunt: Rationales verò, & Dogmaticos Ratiocinatores, qui Rationem admiserunt.

CAP. II.

Empiricorum Methodus de Remediis inveniendis.

Μιμήσασθαι δὲ τὴν τέχνην, οἱ μὲν ἐμπειρικοὶ, τόνδε τὸν τρόπον φασίν. ἐπειδὴ πολλὰ τοῖς ἀνθρώποις ἑώρων πάθη, τὰ μὲν, ἀπὸ ταυτομάτου γινόμενα νοσεῖσί τε καὶ ὑγιαίνουσιν, οὐδ' αἵματος ῥύσιν ἐκ ῥινῶν, ἢ ἱδρῶτας, ἢ διαῤῥοίας, ἢ τοιοῦτον ἄλλο βλάβην ἢ ὠφέλειαν φέρον, ἢ μὴν τόγε ποιῆσαν αἴτιον αἰσθητὸν ἔχον· ἕτερα δὲ, ὧν τὸ μὲν αἴτιον ἐφαίνετο, ἢ μὴν ἐκ προαιρέσεως ἡμετέρας, ἀλλά τινα σωτυχίαν· οὐ συνέβη πιόντι τινὶ, ἢ πληγέντι, ἢ ἄλλως πως πεωθέντι αἷμα ῥυῆναι, καὶ πεῖν ἐν νόσῳ, χαριζόμενον τῇ ἐπιθυμίᾳ, ψυχρὸν ὕδωρ, ἢ οἶνον, ἢ τι τοιοῦτον ἄλλο, ὧν ἕκαστον εἰς ὠφέλειαν ἢ βλάβην ἐτελέσθη. τὸ μὲν οὖν πρότερον εἰδος ὠφελούντων ἢ βλαπτόντων, ἐκάλουν φυσικόν· τὸ δὲ δεύτερον, τυχικόν· ἑκατέρου δὲ αὐτῶν τὴν πρώτην ἀρχὴν, πεῖραν ὠνόμαζον, ἀπὸ τοῦ πεπεῖσθαι ἀβελτέρως, τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν δεδωκότες. τὸ μὲν οὖν πειραστικὸν εἶδος τῆς ἐμπειρίας, τοιόνδ' ἔχει. τὸ δὲ αὐτοσχέδιον, ὅταν ἐκόντες ἐπὶ τὸ πειράζειν ἀφίκωνται, ἢ ὑπὸ ὀνείρατων προτραπέντες, ἢ ἄλλως πως δόξαντες.

ARtem suam sic constitui affirmant Empirici. Cùm multos hominibus Affectus viderent, aliis tam sanis quàm ægris suâ sponte accidere, ut sanguinis fluxum è naribus, sudores, alvi profluvia, aut id genus aliud, quod lædat, vel juvet, cùm tamen efficiens causa lateret Sensum: Alios autem, quorum causa apparuit; nec tamen instituto illi nostro, sed Fortunæ impetu contigêre, ut cuipiam lapso, percusso, âlitérve sauciato emittere sanguinem, aut si quis in morbo, ut cupiditati obsequatur, Frigidam, Vinum, aliúdve id genus assumat, quorum singula auxilium attulêre vel noxam. Priorem certè juvantium, lædentiúmve Speciem, Empirici Naturalem vocabant: Posteriorem verò, Fortuitam. Vtriusque autem Deprehensionem primam nominabant Casum; impositò indè nomine, quod homines in eas inconsultò caderent. Ac prima Experientiæ doctrina, quæ & Casualis, istiusmodi est. Extemporanea vero est, quando insomniis hortantibus, aut aliunde persuasi ad periculum faciendum sponte descenderint.

Tertia autem experientiæ doctrina dicitur Imitatoria, cùm iterum iterúmque in iisdem affectibus quodlibet eorum, quæ naturâ, fortuna, vel ex tempore profuerint, læserintve, in experimentum ducitur. Atque hoc est, quo potissimùm constat Empiricorum Ars. Neque enim bis, terve, sed sæpiùs quod antè profuit, imitati, cùm ejusdem per eosdem Affectus eandem vim sæpe videant, istiusmodi Memoriam, Theorema nominantes, hoc jam fide dignum, adeóque Artis particulam censent. Postquam autem plura id genus Theoremata congesta ipsis essent, Congeries ea tota, Medicina habebatur; qui verò congessit, Medicus. Ab illis autem Congeries hæc nuncupata est, Intuitus proprius; qui Memoria est eorum, quæ sæpe similitérque conspecta sunt. Eandem etiam Congeriem illi Experientiam, ejusque Narrationem Historiam vocabant. Nam eadem res ei qui observavit, intuitus dicitur; ei qui observatam didicit, Historia. Quoniam verò aliquibus accidêre etiam morbi quos antè non viderant; aut noverant quidem, sed in iis locis, ubi Medicaminum, quæ experimentis observantur, deërat facultas; instrumentum ad auxilia invenienda comparabant, "Similium Transitum: Quo sæpe utentes, idem Auxilium ab Affectu simili transferunt ad similem, & à Loco ad Locum; atque à Remedio noto ad aliud simile veniunt. Ab Affectu ad Affectum; Vt si ab Erysipelate transeant ad Herpetem: A Loco ad Locum, ut si à Brachio ad Femur: A Remedio ad Remedium; ut in Alvi profluviis, si à Malo Cotoneo ad Mespilum. Omnis autem hic Transitus, via ad Inventionem est; Inventio autem nondum experimento prævertit: sed quoties quod inventum est, in experimentum ducitur, experimenti testimonium non minùs fide

ἀμὰ κ̀ περὶ τὸν τῆς ἐμπειρίας ὁδόν, ὅτι τὸ μιμητικόν; ὅταν τ̀ ὠφελησάντων ἢ βλαψάντων ὁτιῶν, ἢ φύσει, ἢ τύχῃ, ἢ αὐτοχειρίας, αὖθις ἐπὶ τ̀ αὐτῶν παθῶν εἰς πεῖραν ἄγοιτο· κ̀ τοῦτ' ὄξι τὸ μάλιστα πίστ τέχνην αὐτῶν συνιστάμενον. ὁ γὰρ δὶς μόνον ἦρις, ἀμὰ κ̀ πολλάκις μιμησάμενοι τὸ πρόσθεν ὠφέλησαν, εἶτα ἐπὶ τ̀ αὐτῶν παθῶν τὸ αὐτὸ ποιῶν εὑρίσκοντες ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, τ̀ τοιαύτην μνήμην θεώρημα καλέσαντες, ἤδη πιστὸν ἡγοῦν κ̀ μέρ τῆς τέχνης. ὡς ὃ πολλὰ θεωρήματα τοιαῦτα ἠθροίζετο αὐτοις, ἰατρικὴ μὴ λῶ τὸ σύμπαν ἄθροισμα· κ̀ ὁ ἀθροίσας, ἰατρός· ἐκλήθη ὑπ' αὐτῶν αὐτοψία τὸ τοιοῦτον ἄθροισμα, μνήμη τις ὅσα τ̀ πολλάκις κ̀ ὡσαύτως ὀφθέντων· ὠνόμαζον δ' αὐτὸ τοῦτο κ̀ ἐμπειρίαν· ἱστορίαν δ', τ̀ ἐπαγγελίαν αὐτῆ. τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦτο τῷ μὴ πεπεισαντι, αὐτοψία· τῷ δ' μαθόντι τὸ τεπεισμένον, ἱστορία ὄξιν. ἐπεὶ δ' κ̀ νοσήμασί τισιν ἐνέπεσχανόν ὄξιν ὅτε πρόσθεν οὐκ ἑωρακόσι, ἢ τισιν ἐγνωσμένοις μὲν, ἀλλ' ἐν ἀχωρίοις, ἐν οἷς ἀκ λῶ ἰαμάτων εὐπορία τ̀ διὰ τῆς πείρας τετηρημένων, ὄργανόν τι βοηθημάτων ἀρετικὸν ἐποιήσαντο, τ̀ τῆ ὁμοίᾳ μετάβασιν· ᾧ χρώμενοι πολλάκις, κ̀ ἀπὸ πάθους ἐπὶ πάθ ὅμοιον τὸ αὐτὸ βοήθημα μεταφέρουσι· κ̀ ἀπὸ τόπου ἐπὶ τόπον· κ̀ ἀπὸ τ̀ πρόσθεν ἐγνωσμένου βοηθήματ, ἐπί τι παραπλήσιον ἔρχονται. ἀπὸ μὲν πάθους ἐπὶ πάθ, ὡς εἰ ἀπὸ ἐρυσιπέλατ ἐπὶ ἕρπητα μεταβαίνοιεν· ἀπὸ δ' τόπου ἐπὶ τόπον, ὡς ἀπὸ βραχίον ἐπὶ μηρόν· ἀπὸ δ' βοηθήματος ἐπὶ βοήθημα, ὡς ἐν διαῤῥοίαις ἀπὸ μήλου ἐπὶ μέσπιλον. ἀπαλλαγὴ δ' ἡ τοιαύτη μετάβασις, ὁδὸς μὲν ὄξιν ἐπὶ τ̀ εὕρεσιν, εὕρεσις δ' οὐδέπω πρὸ τῆς πείρας· ἀλλ' ἡνίκα ἂν τὸ "ἑλπσθὲν εἰς πεῖραν ἀχθῇ, πιστὸν ἤδη τὸ μαρτυρηθὲν ὑπ' αὐτῆς ὄξιν οὐδὲν ἧττον, ἢ

"ἑυρεθὲν

εἰ καὶ πλησίκις ὡσαύτως ἔχον ἐτετήρητο. τλῶ ἢ πείρᾳ ταύτλῳ τῇ ἐπομένλῳ τῇ τὸ ὁμοίᾳ μεταβάσει, πειθικλῶ καλεῖσιν· ὅπ χρὴ πεπείρᾶσθαι χῇ τλῶ τέχνλω, τὸν μέλλοντά π ἔτως εὑρήσειν. αἱ ἢ ἔμπροσθεν ἅπασαι πεῖραι, αἱ μὲν τῆς ἐμπειρείας, ὧν εἰς σύσασιν ἐδεῖτο ἡ τέχνη, καὶ πρὶ τὸν τυχόντα δλῶναι γενέσθαι· τοιαύτη μὲν, ἡ διὰ τῆς πείρας, πρὸς τὸ τέλος τῆς τέχνης ὁδός.

dignum sit, quàm si sæpe sic habere fuisset observatum. Experimentum autem hoc quod transitui à simili consequens est, exercitatorium vocant, quia si quis hoc pacto invenire quid velit, in arte præexercitatum esse oportuit. Alia verò experimenta omnia, quæ experientiam præcurrunt eorum, quibus Arti constituendæ opus est, cuivis in mentem venerint. Hæc via est, quæ ad Artis finem per experimenta ducit.

CAP. III.

Rationalium Methodus ad Remedia indaganda.

Ηδὲ διὰ τοῦ λόγου, φύσιν ἐκμαθεῖν παρακελεύεται τό τε σώματος, ὃ ἐπιχειρεῖται ἰᾶσθαι, καὶ τῶν αἰτίων ἁπάντων τὰς δλνάμεις, οἷς ὁσημέρᾳ περιπίπτον τὸ σῶμα, ἢ ὑγιεινότερον ἢ νοσερώτερον αὐτὸ ἑαυτοῦ γίγνεται· μετὰ δὲ ταῦτα ἥδη, καὶ ἀέρων φύσιν, καὶ ὑδάτων, καὶ χωρίων, καὶ ἐπιτηδευμάτων, ἐδεσμάτων καὶ ποτῶν, καὶ ἐθῶν ἐπιτήμονα φασὶ δεῖν εἶναι τὸν ἰατρόν· ὅπως ἂν τὰς τῶν νοσημάτων ἁπάντων τὰς αἰτίας εὑρίσκῃ, καὶ τῶν ἰαμάτων τὰς δλνάμεις· καὶ παραβάλλειν οἷός τε εἴη καὶ λογίζεσθαι, ὅτι τοιῷδε τῶν αἰτίας εἴδει, τὸ τοιόνδε δλνάμεν ἔχον φάρμακον, ποῖόν τι ἐργάσεσθαι πέφυκε. φὴν γὰρ ἐν τούτοις γυμνάσασθαι πολυειδῶς ἅπασιν, οὐκ οἷόν τε φασὶν, ἰαμάτων εὐπορήσειν αὐτόν. οἷον, ἵνα ἐν μικρῷ παραδείγματος ἴδῃς τὸ πᾶν· ἔστω τι μέρος τοῦ σώματος ὀδυνώμενόν τε καὶ σκληρὸν, καὶ ἀνάπτυπον, καὶ ἐς ὄγκῳ μείζονι· ἐν τοῦδε χρὴ τὸν ἰατρὸν ἐξευρεῖν τὴν αἰτίαν. πρῶτον μὲν, ὅτι ῥεῦν ὑγρὸν τι πλέον τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ μέρος, ἐξῆρέ δε αὐτὸ καὶ διατεῖνον, εἰς ὀδύνλν ἤγαγεν· ἐφεξῆς δὲ, εἰ μὲν ἔτι ἐπιῤῥέοι, εἴργειν τὴν ἐπιῤῥοήν· εἰ δὲ μή, τοῦτο κενῶν

QVæ verò Ratione procedit, cùm Naturam corporis, cujus medicatio suscipitur, addiscere nos jubet, tum etiam causarum omnium potestates, in quas quotidie corpus incurrens, salubrius aut insalubrius seipso redditur. Posthæc aëris, aquarum, regionum scientem esse Medicum volunt, nec non Studiorum Vitæ, Esculentorum, Potionum, atque assuetudinum cujusque, quo & morborum singulorum perdiscat causas, & Remediorum vires: Animóque colligere ac ratiocinari queat, tali Morbificæ causæ Medicamentum tali vi præditum si accommodetur, tale quidpiam naturâ efficere. In his enim cunctis priusquam multifariam elaborârit, negant quenquam Medicamentorum copiam assecuturum. Vt brevi exemplo totum teneas. Fac, Corporis pars sit dolens, dura, renitens, & immodicè tumescens: Hîc causam Medicus invenerit, oportet; primùm quidem plus humidi, quàm ferret natura illapsum, tumefecisse partem, atque Extensione cruciatum attulisse. Deinde Fluxionem hanc, si perseveret, cohibendam esse; si restiterit, è parte evacu-

andam. Quo pacto igitur reprimes quod adhuc fluit, quod in parte concluditur, educes? Si refrigeres, adstringásque partem, prohibebis nè influat: Sin humectes, laxésque, evocabis quod coacervatum est. Atque hoc modo Rationalibus, ex ipso morbo, illius quod confert, nascitur Indicatio. Nec tamen hanc sufficere aiunt, verùm & alteram sumi ab ægroti viribus, ab ætate aliam, aliam à propria laborantis natura: Similiter & à tempestate anni, à loci natura, à studiis vitæ, ab assuetudinibus, propriam ejus quod confert indicationem sigillatim accipi. Hæc ut luculentiùs exemplo addiscas: siste mihi acutè febricitantem: cui motus tardi, sensúsque gravitatis in corpore: sit idem tumidior, quàm dudum, rubore etiam insigniore suffusus, multóque turgidioribus Venis. Cuique jam palam est, huic homini calentioris copiam sanguinis redundare. Quæ ergo huic Medicatio? Annon evacuatio ipsa? Hæc enim copiæ contraria est: nec contrariorum certiora remedia, quàm contraria. Quomodo igitur copia hæc, aut quousque sit evacuanda, ex sola ipsius causa nondum percipitur. Par enim est etiam vires, ætatem, anni tempus, regionem, cæteráque antedicta considerare. Nam si viribus valentior sit, atque Ætate consistat; si tempus vernum, si Regio temperata: nihil peccabitur, si incisâ venâ, tantum emittas sanguinis, quantum causa poscat: Sin imbecillæ vires, ætásque vel pueri impubis, vel decrepiti senis; si regio frigore algeat, ut Scythia; vel, ut Æthiopia, fervore perusta sit; si tempus anni vel frigeat vehementiùs, vel incalescat; qui venam secare audeat,

ἤδη τὸ μέρος. πῶς οὖν τὸ μὲν ἐπιῤῥέον ἔτι, κωλύσεις; τὸ δ' ἤδη προσχόμενον, κενώσεις; ψύχων μὲν καὶ σύφων σὺ τὸ μέρος, κωλύσεις τὸ ἐπιῤῥέον· ὑγραίνων δὲ καὶ χαλῶν, κενώσεις τὸ ἠθροισμένον. ὅτῳ μὲν οὖν "ἐπ' αὐτῆς τ διαθέσεως, ἡ ἔνδειξις αὐτοῖς τὸ συμφέροντος γίνεται). ὃ μὲν ἀρκεῖν παύτῃ γε μόνῃ φασὶν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς δυνάμεως τὸ νοσοῦντος ἑτέραν ἔνδειξιν εἶ), καὶ ἀπὸ τῆς ἡλικίας ἄλλην, καὶ ἀπὸ τῆς ἰδίας αὐτοῦ τοῦ κάμνοντος φύσεως ἄλλην. ὅπου δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ὥρας τοῦ ἔτους, καὶ τοῦ χωρίου τῆς φύσεως, καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, καὶ τῶν ἐθῶν, ἔνδειξιν ἀφ' ἑκάστου τούτων γίγνεσθαι τοῦ συμφέροντος ἰδίαν. οἷον, καὶ τοῦτο σαφέστερον ἐπὶ παραδείγματος ἐκμάθῃς· ἔστω, πυρέττειν ὀξέως, ὀχυρά τε κινεῖσθαι, καὶ βαρέως τὸ σῶμα αἰσθανόμενον· ἔστω δὲ καὶ εὐσταλεστέρου νῦν ἢ πρόσθεν, καὶ ἐρυθρὸς πλέον ἐκτὸς ἔστωσαν δ' αὐτῷ καὶ φλέβες ἐν ὄγκῳ μείζονι· παντί τε δῆλον, ὡς τῷ τοιούτῳ πλῆθος αἵματος θερμοτέρου πλεονάζει. τίς οὖν ἡ ἴασις; ἢ δῆλον ὅτι ἡ κένωσις, ἐναντίον γὰρ τοῦτο τῷ πλήθει. τὰ δὲ ἐναντία, τῶν ἐναντίων ὄντων ἰάματα. πῶς οὖν αὐτὸ κενώσωμεν, ἢ μέχρι πόσου, τοῦτο οὐκέτι δυνατὸν ἀπὸ τῆς αἰτίας μόνης εἰδέναι. χρὴ γὰρ καὶ δυνάμιν, καὶ ἡλικίαν, καὶ ὥραν, καὶ χώραν, καὶ τἆλλα τὰ μικρῷ πρόσθεν εἰρημένα προσκοπεῖν. εἰ μὲν γὰρ ἰσχυρότερος εἴη τινὶ δυνάμιν, καὶ ἀκμάζων τὴν ἡλικίαν, καὶ ἡ ὥρα τοῦ ἔτους ἐαρινὴ, καὶ τὸ χωρίον "δυκρατὲς, οὐκ ἂν ἁμάρτοις, εἰ φλέβα τεμὼν κενώσεις τὸ αἷματος, ὅσον ἡ αἰτία κελεύει. ἀρρώστου δὲ τῆς δυνάμεως ὄσης, καὶ τῆς ἡλικίας ἢ παιδὸς νεμιδὴ μικροῦ, ἢ γεροντικοῦ παντελῶς, καὶ χωρίου τοῦ κατεψυγμένου, οἷα τὰ πρὸς τῇ Σκυθίαν, ἢ διακεκαυμένου, οἷα τὰ πρὸς τῇ Αἰθιοπίαν, καὶ τῆς ὥρας

τοῦ

" Ad. ἀπ'

τῦ ἔτους ἢ σφόδρα ψυχρᾶς, ἢ σφόδρα θερμῆς, ὃκ ἂν τις ἐπ πολυσάρκοις φλεβοτομεῖν. ὅτω δ' καὶ ἔθη, καὶ ἐπιτηδεύματα, καὶ φύσεις σωμάτων ἐπισκοπεῖσθαι κελεύουσι. γίνεται γὰρ αὐτοῖς ἐξ ἁπάντων αὐτῶν ἔνδειξιν τῦ συμφέροντος ἰδίαν.

reperietur nemo. Pari normâ jubent & assuetudines, & Vitæ studia, & corporum etiam naturas pensitari. Ex his enim omnibus Propriam ejus, quod confert, indicationem nasci.

CAP. IV.

Empiricorum & Dogmaticorum Remedia eadem: Modi inveniendi diversi.

Ἀφ' ὧν δὲ ἡ ἔνδειξις τῦ συμφέροντος, τοῖς Δογματικοῖς, ἀπὸ τούτων ἡ τήρησις, τοῖς Ἐμπειρικοῖς. τὸ γὰρ προειρημένον ἄθροισμα τῶν συμπτωμάτων ἐπὶ τῦ πυρέττοντος, ὃ συνδρομὴν καλεῖν εἰώθασιν οἱ δογματικοί τῷ μὲν Δογματικῷ, τὴν κένωσιν ὑπαγορεύει τῷ δὲ Ἐμπειρικῷ, τὴν ὑπόμνησιν τῆς τηρήσεως. ἐπὶ γὰρ τῶν ὅτως ἐχόντων, πολλάκις ἑωρακὼς τὴν κένωσιν ὠφελοῦσαν, ἐλπίζει καὶ νῦν χρησιμεύσειν ὀνήσειν. ἅμα καὶ τοὺς ἀκμάζοντας τῇ ἡλικίᾳ, τὴν ἱκανὴν κένωσιν ἀμύπονα φέροντας οἶδεν, ἐξ ὧν πολλάκις ἑώρακεν· ὕτο δὲ, καὶ ἦρ μᾶλλον ἢ ἦρος, καὶ ἐν χωρίῳ εὐκράτῳ, καὶ εἰ ἔθος δέ πε κενώσεως εἴη τῷ κάμνοντι, οἷς δὲ αἱμορροΐδες, ἢ διὰ ῥινῶν, ὁ μὲν Δογματικὸς ἀφελοι ἂν καὶ διὰ τῦτο πλέον τῦ αἵματος, ὑπὸ τῆς τῦ πράγματος φύσεως ὁρμώμενος· ὁ δ' Ἐμπειρικὸς, ὅτι ἔτω τετήρηκεν. καὶ καθόλε φαίη, τὰς αὐτὰς ἐπὶ τῶν αὐτῶν παθῶν ἰάσεις, οἵτε Δογματικοὶ, καὶ οἱ Ἐμπειρικοὶ παραλαμβάνουσι, περὶ τῦ ζήτου τῆς εὑρέσεως αὐτῶν ἀμφισβητῦντες. ἐπὶ γὰρ τοῖς αὐτοῖς φαινομένοις τῷ τε σώματι συμπτώμασιν, ἔνδειξις μὲν ἡ αἰτίας γίνεται τοῖς Δογματικοῖς, ἐξ ἧς τὴν θεραπείαν ὑφείσκουσιν· ὑπόμνησις δὲ, τοῖς Ἐμπειρικοῖς, τῶν πολλάκις ὡσαύτως τετηρημένων

EX iisdem autem & Dogmaticis Indicatio ejus quod juvat, & Empiricis observatio nata est. Nam accidentium illa in febricitante suprà memorata congeries (quam hii concursum vocitant) Dogmaticos exinanitionis admonet, Empirico memoriam suggerit observationis. Nam sæpe in similiter affectis, cùm exinanitionem cerneret profuisse, eâdem si utatur hoc tempore, profuturam non dubitat. Quin & ætate florentes, ex iis quæ sæpe vidit, exinanitionem largiorem novit, absque molestia ferre. Eodem Modo, & vere potiùs, quàm æstate, & temperata regione, & si laboranti evacuatio in usu fuerat, sive per Hæmorrhoidas, sive per Nares; ob has causas Rationalis Medicus, qui à rei natura pergit, plus detrahit sanguinis; Empiricus, non aliâ Ratione, nisi quòd ipsi sic observatum est. Vt summatim loquar, in iisdem Affectibus Medicationes easdem & Dogmatici admittunt & Empirici: De modo investigandi tantùm litigant. Ab iisdem namque Accidentibus, quæ in corpore apparent, Rationalibus oritur indicatio causæ, ex quâ sanandi ratio comperta est: Empiricis id præstat eorum recordatio,

quæ sæpe sic habuisse observârunt. In quibus autem nullum apparet Accidens, quo innoteſcat Cauſa, in iis Evidentem Cauſam, quæ Procatarctica dicitur, ſuſcitari lubenter ſolent Dogmatici: ut ſi momorderit Canis Rabidus, aut Vipera, aut id genus aliud. Nam ulcus ipſum ab aliis ulceribus per totum tempus non magis diſcrepat, quàm per initia Morbi. Nam ſi à Rabido Cane eſt, toto tempore iis, qui ab alio mordentur, aſſimile apparet: Sin à Vipera, primis quidem diebus ſimile eſt aliis: Poſtea cùm malum ingraveſcere cœpit, Affectus in Corpore pernicioſi ſuperveniunt. Itaque Symptomata ejuſmodi, quæcunque à venenatis animalibus evenerint, niſi initio probè curentur, ad extremum pernicioſa fiunt. Quæ igitur Curatio recta? An extrahere venenum, quod unà cum morſu invectum eſt? Non ergo ad cicatricem ducere, nec feſtinantiùs claudere decet, ſed contra in partes attenuando concidere; eademque de cauſa Remediis calidis, acribus, & attrahendi, ſiccandique vi præditis uti. Hæc eadem etiam adhibent Empirici, qui ad illa invenienda non re docti feruntur, ſed eorum, quæ Experimento elucent, memoriâ ducti. Vt enim Affectuum, quos dixi, Curatio ex Ætate, Anni Tempore, ita & ex Antecedentibus Cauſis, per Experientiam cognita eſt: Quocirca ſi Rationales & Empirici utramque inveniendi Viam veram eſſe conſentirent, nihil opus eſſet longioribus logis.

ἐφ' ὧν δ' μηδὲν ἔχειν οἱ Δογματικοὶ φαινόμενον σύμπτωμα τοῦ τὴν αἰτίαν ἐνδεικνύμενον, ὅτι τούτων ἐρωτῶν, ἐκ ἐκείνοις τὸ προκαταρκτικὸν καλούμενον αἴτιον. οἷον, εἰ κύων λυσσῶν μὴ ὁ δάκνων, ἢ ἐχίδνα, ἢ τι τοιοῦτον δήξ. τὸ μὲν γὰρ ἕλκος αὐτὸ, οὐδὲν διαφορώτερον μέχρι παντὸς φαίνεται τῶν ἄλλων ἑλκῶν· ἢ παντὸς γε κατ' ἀρχάς. ὅτι μὲν γὰρ τὸ λυσσῶντος κυνὸς, μέχρι παντὸς ὅμοιον φαίνεται τοῖς ὑπ' ἄλλου τινὸς δηχθεῖσιν· ὅτι δ' τ ἐχιδνῶν, ἐν μὲν ταῖς πρώταις ἡμέραις, ὅμοιον τοῖς ἄλλοις, ὕστερον δὲ, ἡνίκα ἤδη μοχθηρῶς ἔχωσι, παθήματά τινα περὶ τὸ σῶμα ὀλέθρια προσγίνεται αὐτοῖς. τὰ δὴ τοιαῦτα συμπτώματα πάντα, ὅσα ὑπὸ τ ἰοβόλων καλουμένων ζώων γίνεται, μὴ θεραπεύόμενα καλῶς εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, ἐφ' ὅτῳ ὀλέθρια καθίσαται. τίς οὖν ἡ ὀρθὴ θεραπεία; ἢ ἑλκοῦντι κενῶσαι τὸν ἰὸν, τὸν ἅμα τῇ δήξει τῷ σώματι τῷ δηχθέντι ἐμπεσόντα; κἂν ἐπ' ἕλκει ἄγειν δεῖ, καὶ κλείειν τὰ τοιαῦτα σπεύδειν· δηλαδὴ τἀναντίον, ὀπτέμενον πολλαχοῦ εἰς μικρὰ παντελῶς· ἢ δὴ δὲ, καὶ θερμοῖς, καὶ δριμέσι, καὶ δυναμένοις ἕλκειν, καὶ ξηραίνειν τ ἰὸν φαρμάκοις χρῆσθαι, διὰ τοῦτο αὐτοῦ ἁπάντων. τὰ δ' αὐτὰ φάρμακα καὶ οἱ Ἐμπειρικοὶ προσφέρουσιν, ἐκ ὑπὸ τ φύσεως αὐτῶν τὰ πρέποντα διδαχθέντες πρὸς τοῦτο εὑρεῖν αὐτῶν, ἀλλὰ τ διὰ τ πείρας φανέντων μεμνημένοι. ὥσπερ γὰρ ὅτι ταῖς ἡλικίαις, καὶ ταῖς ὥραις, καὶ ταῖς χώραις, ἑκάστῳ τ εἰωθότων ἡ θεραπεία, δι' ἐμπειρίας ἐγνώσκετο αὐτοῖς, οὕτω καὶ ὅτι τοῖς καταρκτικοῖς ὀνομαζομένοις αἰτίοις. εἰ μὲν δι' ἀλλήλοις, τὰς ὁδοὺς τ ἀφέσεως ἀμφοτέρους δηλοῦντες εἶεν, οὐδὲν ἂν αὐτοὺς ἔδει μακροτέρων λόγων.

CAP.

CAP. V.

Empirici & Rationales quæ invicem reprehendant.

ΕΠεὶ ὴ τῆς ἐμπειρείας οἱ Δογματικοὶ κατηγορῆσιν, οἱ μὲν ὡς ἀνυσάτε, οἱ ὴ ὡς ἀτελῆς, οἱ ὴ ὡς ἀτέχνῆ τὸν λόγου ὴ πάλιν οἱ Ἐμπειρικοὶ, ὡς πιθανὸ μὲν, οὐκ ἀληθῆς δὲ· διὰ τοῦτο ἁπλῶς ἑκατέροις ὁ λόγος, καὶ μακρὸς πάνυ φαίνε), κατηγορῶσί τε καὶ ἀπολογουμένοις ἐν μέρ. τὸ μὲν γὰρ ὑπὲρ Ἀσκληπιάδε καὶ τ ἐμπειρείας εἰρημένα, (δεικνύτ, ὡς οἷόν τε μηδὲν πλησιάκις ὡσαύτως ὑφ ἡμῶν γινόμενα) παντὰπασιν αὐτῷ ἀσύνατον ἔ) βέλε), μηδέ τε σμικρότατον δ ἐρεῖν ὅταν ἰκανὸν. τὰ δ ὑπὲρ Ἐρασιστράτε, (τὰ μὲν ἁπλᾶ, καὶ ἐφ ἁπλοῖς δ ἐρίσκεδ διὰ τῆς ἐμπειρείας ὁμολογουμένα, οἷον ὅτι καὶ ἡ ἀνδράχνη τ αἱμωδίας ἰαμά ὅτιν, ἐ μὴν τάγε συνθέτα καὶ ἐπὶ συνθέτοις ἐπισυχαρεῖτ) ἐκ ἀδύνατον μὲν αὐτῷ τὸ φάναι ευρίσκειν, ἐ μὴν εἰς ἅπαντά γε ἰκανὸν ἔ) βέλε). τὰ ὴ τ μὲν τοιαῦτα συλλογισμῶν εὑρίσκεδαι διὰ τῆς ἐμπειρείας, αἰτιωμένων ὴ αὐτ τὸ ἀπεριόριστόν τε, καὶ μακρὸν, καὶ, ὡς αὐτοί φασιν, ἀμέθοδον, εἶθ ἕτω τὸν λόγον εἰσαγόντων· ἐκ ἀσύνατον μὲν, ὅλε ἀνύπερβλον, οἷον δ ἄτεχνόν δέ τι πρᾶγμα, τῇ ἐμπειρείαν ἔ) βλεται. πρὸς ταῦτα οὖν τὰς ἐφόδους τ λόγων ἀπολογούμενοι, καὶ συνατικῶ καὶ αὐτάρκη καὶ τεχνικῶ ἐπιδεικνύναι πειρῶνται τὴν ἐμπειρίαν· καὶ αὖτι δὲ, τὸ ἀνάλογι μῦς καταλαβόν) πολυειδῶς· ὥτε πάλιν ἀπολογεῖδαι πρὸς ἕκασον εἶδος τῆς κατηγορείας, τοῖς Δογματικοῖς ἀναγκαῖον. ἐπαγγελλομένοις γὰ αὐτοῖς, τό τε σώματ τὴν φύσιν ἐπίστασθαι, καὶ τῶν νοσημάτων ἁπάντων τὰς γνώσεις, καὶ τ ἰαμάτων

QVoniam verò experientiam Dogmatici insimulant, alii ut minùs cohærentem, alii ut imperfectam, alii ut Artis expertem: Rationem contrà Empirici, quasi probabilem quidem, sed minimè veram: Idcirco utrisque, dum partim criminantur, partim se defendunt, ambigua utrinque atq; admodum prolixa decurrit Oratio. Nam quæ adversus experientiam disputavit Asclepiades, (qui nè fieri posse docuit, ut eadem crebrò similiter cernerentur) omnino eam, ut malè cohærentem arguunt, & ad invenienda vel minutissima perineptam. Quæ autem Erasistratus attulit, (qui per experientiam simplicia remedia, atq; in simplicibus reperiri tassus est, velut portulacam stupori dentium mederi; non tamen composita, vel in compositis.) Ea Experientiam nonnihil invenire posse monstrant, omnia & singula expiscari non posse. Quæ verò adducunt ii, qui experientiâ hæc inveniri concedunt, eandem tamen improbant, ut indefinitam, prolixam, Methodique (ut vocant) expertem, ejusque loco subinde Rationem surrogant; ea experientiam nonnullam esse, vel incertam etiam probant, sed ab omni omnino Arte sejunctam. His argumentorum incursionibus occurrentes Empirici, experientiam, quantum possunt, & stabilitam, & sibi sufficientem, & artificiosam esse commonstrant. Ipsiq; interim multifariam perstringunt Analogismum: ut Dogmaticis necesse sit contra singula Reprehensionum genera se defendere. Cùm enim illi Naturam corporis, morborum omnium ortus, viresque remediorum tenere profiteantur, nihilominus Empirici ex adverso

adverſo cuncta hæc eo nomine reprehendunt, quaſi quæ ad probabile ac veriſimile procedant uſque ad certam cognitionem perveniant nunquam. Interdum verò etiam, ut cognitionem admittant, contendunt tamen infructuoſam eam eſſe; vel ſi hoc aliquando dent, eam planè ut ſupervacaneam coarguunt. Talibus ergo ſummatim litigant Rationales atque Empirici; Speciatim verò pluribus ſecundùm ſingulas ipſorum ſententias: velut in quæſtionibus de rerum abditarũ inventione, Rationales Diſſectionem, Indicationem, ac Dialecticam Speculationem celebrant. Hæc enim illis inſtrumenta eſſe, quibus obſcura quæque venentur. Empirici contrà, neq; diſſectione inveniri quidquam volunt, nec ſi inveniretur, id Arti neceſſarium fore. Sed neq; indicationem exiſtere prorſus, nec aliud ex alio poſſe cognoſci. Omnia namq; cognitionem poſtulare ex ſeipſis, nec quod ſuâ naturâ occultum eſt, aliquo ſigno indicari. Sed nec arti ulli Dialectica eſſe opus. Deinde & contra Dialecticas Poſitiones, contráq; definitiones argutantur neſcio quid; primóq; negant, demonſtrationem eſſe cujuſquam rei, quæ ſua natura incomperta ſit. Ad hæc de vitioſis demonſtrandi modis, quibus indies utuntur Dogmatici, nonnihil objiciunt, déque omni analogiſmi genere. Eum aiunt, invenire non poſſe, quod ſpondet: ejus operâ nec artem ullam conſtitui, nec hominum vitam adjuvari. Contrà, Epilogiſmum ſuum (quem evidentem rationem vocant) primò conferre aiunt inventioni eorum, quæ ad tempus latent: (Sic enim appellant, quæ in genere ſenſibilium ſunt; necdum evidenter apparent) 2. Vtilem quoque eſſe ad arguendos eos, qui contra evidentiam audent dicere. 3. Conferre deniq; ut id quod minùs animadvertitur evidentibus oſtendas, nec non ut Sophiſmatis etiam obviam eas: ſiquidem Epilogiſmus ab evidentibus nuſquam abit, verùm in iiſdem perpetuò verſatur.

τὲς δυνάμεις, ὁμόσε χωρῦντες οἱ Ἐμπειρικοὶ πάντα διαβήσουσιν, ὡς ἄχρι μὲν τῶν πάνυ τε καὶ εἰκότος προϊόντα, βεβαίαν τ' γνῶσιν ἐνδεμίαν ἔχοντα· ἔστι δ' ὅταν καὶ τ' γνῶσιν αὐτῶν συγχωρήσαντες, τὸ ἄχρηστον αὐτῆς ἐπιδείκνυσθαι πειρῶν τ'· καὶ τοῦτο ποτὲ δόντες, αὖθις τὸ περιττὸν ἐξηλέγχουσιν. τοιαῦτα μὲν δὴ καθόλου πρὸς ἅπαντας ἀμφισβητοῦσιν Ἐμπειρικοί τε καὶ Δογματικοί· ἐν μέρει δ' πολλὰ καθ' ἕκαστον αὐτῶν· οἷον ἐν ταῖς περὶ τ' εὑρέσεως τ' ἀφανῶν ζητήσεσιν· ἧς μὲν τ' διαιρετικὴν, καὶ τινὰ ἔνδειξιν, καὶ τινὰ διαλεκτικὴν θεωρίαν ἐπαινοῦντων· ὄργανα γὰρ αὐτοῖς ταῦτα τ' ἀδήλων θηρευτικά· τ' δ' Ἐμπειρικῶν, μήθ' εὑρίσκειν τι τ' διαιρετικῷ συγχωρούντων, μήτ' εἰ καὶ εὑρίσκοιτο, ἀναγκαῖον εἰς τ' τέχνην εἶναι τοῦτο. ἀλλὰ μήτε ἔνδειξιν ὑπάρχειν τοῦ φαίνεσθαι, μήθ' ἕτερον ἐξ ἑτέρου δύνασθαι γνωσθῆναι· πάντα γὰρ δεῖσθαι τ' ἐξ ἑαυτῶν γνώσεως, μηδ' εἶναί τι σημεῖον ἀδήλου φύσει τοιοῦτον οἷον ἀκόλουθον καὶ ἄδηλον. ἀλλὰ μηδὲ διαλεκτικῆς δεῖσθαι μηδεμίαν τέχνην· εἰ τὰ καὶ τοῖς τὰς ὑποθέσεις τ' διαλεκτικῆς λέγουσί τι καὶ πρὸς τοὺς ὅρους, καὶ ὅλως τ' ἀρχὴν εἶναι ἀποδείξεως φασιν, ἀδήλου φύσει τοιοῦτον ὄντος. ἤδη γ' καὶ τοῖς μονβηρῶν τρόπων τῆς ἀποδείξεως, οἷς εἰώθασιν οἱ Δογματικοὶ χρῆσθαι, λέγουσί τι, καὶ τοῖς πάντως ἀναλογισμόν· καὶ ὡς ὅτε μὲν ἀδυνάτου τινὸς εὑρίσκειν, ὃ ἐπαγγέλλεται· καὶ ὅτ' μὴ τῆς τέχνης συμβαίνειν κατ' αὐτὸν, ὅλως ὁ βίος τ' ἀνθρώπων τοιοῦτον. ὁ γ' ἐπιλογισμὸς, (ὃν δὴ φανερὸν λόγον εἶναί φασι) χρήσιμος μὲν εἰς εὕρεσιν τ' τοιούτων ἀδήλων (ἅτινα γὰρ αὐτοὶ κλήσιν, ὅσα τ' ῥηθέντων μὲν ὅτι τ' ἀληθῶν, ἃ μὲν ἤδη γέ πω πέφυκε·) χρήσιμον δ' καὶ τοῖς ἔλεγχον τ' κατὰ τὸ φανόμενόν τι λέγειν τολμῶντων· χρήσιμον δ' καὶ τὸ παρορώμενον τοῖς φαινομένοις δεῖξαι, καὶ σοφίσμασιν ἀπαντᾶσαι· μηδαμοῦ τ' ἐναργῶν ἀφιστάμενον, μηδ' ἐν τούτοις ἀεὶ διατρίβον.

" —τῶν

† Pa. 13. 42.

ὁ μὲν ὁ ἀναλογισμὸς, φασὶν, ἀπὸ ἀφανῶν ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῶν φαινομένων, λήγει δὲ ἐπὶ τὰ διαπαντὸς ἄδηλα. καὶ διὰ τοῦτο πολυειδής ἐστιν. ἀπὸ μὲν γὰρ τῶν αὐτῶν φαινομένων, ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ τῶν ἀδήλων παραγίνεται· καὶ τὴν διαφωνίαν ἐνταῦθα μεγίστην) τὴν ἀνεπίκριτον, ἣν δὴ σημεῖον εἶναι) τῆς ἀκαταληψίας φασίν. ὅτῳ γὰρ αὐτὴ κλήσει, τὴν μὲν ἀπάτην καὶ βεβαίαν γνῶσιν, κατάληψιν· ἀκατάληψίαν δὲ, τὸ ἐναντίον ταύτῃ. καὶ τὴν μὲν ἀκατάληψίαν, αἰτίαν εἶναι) φασὶ τῆς διαφωνίας τῆς ἀνεπικρίτου· τὴν διαφωνίαν δ' αὖ πάλιν, τῆς ἀκαταληψίας σημεῖον. ἀνεπίκριτον δὲ τὴν ἐπὶ τῶν ἀδήλων ἀγωνολογίαν εἶναι φασὶν, ἀλλὰ τὴν περὶ τῶν φαινομένων. ἐνταῦθα γὰρ, ἕκαστον φανὲν οἷόν ἐστι, μαρτυρεῖ μὲν τοῖς ἀληθεύουσιν· ἐξελέγχει δὲ τοὺς ψευδομένους. τοιαῦτα μυρία ἐστὶ τὰ ἄδηλα ἐναίζοντα Ἐμπειρικοί τε καὶ Δογματικοί· τὴν θεραπείαν ἐπὶ τῶν αὐτῶν παθῶν τὴν αὐτὴν ποιούμενοι, ὅσοι γε νόμῳ καθ' ἑκατέραν τὴν αἵρεσιν ἤσκηνται.

Atqui Analogismum sic procedere negant; sed eum ab evidentibus rebus ordiri, in ea, quæ prorsus occulta, desinere: Atque eam ob rem multiformem illum esse, quoniam ab evidentibus ordienti, eorum quæ obscura, aliud alii seriatim adnascitur. Porrò etiam dissensionem indeterminatam in medium proferunt: quam & Indicium esse censent incomprehensibilitatis Eam enim illi comprehensionem vocant, quæ vera firmáq; cognitio est; incomprehensibilitatem, quæ huic contraria. Atque incomprehensibilitatem dissensionis indeterminatæ causam esse volunt: vicissimque dissensionem esse incomprehensibilitatis signum: indeterminatam verò aiunt de obscuris esse contentionē, non de perspicuis. Exinde enim unumquodque dum quale sit, apparet, si vera loquimur, testimonium dat; si mentimur, coarguit. Sexcenta hujusmodi sunt, quibus invicem præliantur Empirici & Dogmatici: cùm interim iisdem affectibus eandem Medicinam faciant, modò in sua sint secta legitimè exercitati.

CAP. VI.

Methodici qui: & eorum Ratio de Remediis inveniendis.

Οἱ δὲ Μεθοδικοὶ καλούμενοι, [ὅτῳ γὰρ ἑαυτοὺς ὀνόμασαν, ὡσανεὶ καὶ τὴν ἔμπροσθεν Δογματικῶν μεθόδῳ τῇ τέχνῃ μεταχειρίζεσθαι φασκόντων] τὰ μέχρι λόγου μοι δοκοῦσιν ἀμφισβητεῖν τοῖς παλαιαῖς αἱρέσεσιν, ἀλλ' οὐδὲ καθ' ἔργον τὴν τέχνης πολλὰ μεταχειρίζεσθαι· οὔτε γὰρ τόπον πεπονθότα, χρήσιμον εἶναι φασὶν εἰς θεραπείας ἔνδειξιν, οὔτε αἶπος, οὔτε ἡλικίαν, οὔτε ὥραν, οὔτε χώραν, οὔτε τῆς νοσούντος τὴν δυνάμεως τὴν ἐπίσκεψιν, ἢ τὴν φύσεως, ἢ τὴν ἕξεως αὐτῆς. παραιτοῦνται δὲ καὶ τὰς ὥρας, καὶ τὰς χώρας, καὶ τὰ ἤθη·

Qui verò Methodici vocantur, (Sic enim se nominant, quasi antiqui Dogmatici non profiterentur se artem methodo tractare) non verbotenus videntur cum veteribus litigare Sectis, sed pleraque sanè Artis opera invertisse: Cùm neque locum affectum conferre ad curationem indicandam dicant, neque morbi causam, nec ætatem, nec tempus anni, nec regionem, nec animadversionem virium, naturæ, aut dispositionis ægroti. Quin & anni tempus, regionem, vitæque studia rejiciunt, solisque

ab Affectibus indicationem ejus quod confert, sibi sufficere aiunt, neque ab his in specie, sed communiter & generatim acceptis. Itaque Affectus hos qui per singula particularia Percurrunt, Communitates vocant: Atque ex iis conantur alii, morborum eorum, qui diætâ solâ tractantur, alii omnino omnium Communitates monstrare duas, & tertiam ex utrisque mixtam: Quibus etiam adstrictionis, & profluvii nomina imponunt. Ac omnem quidem morbum aut adstrictum esse aiunt, aut fluentem, aut mixtum denique ex utrisque: quum enim naturales supprimuntur excretiones, adstrictionem vocant; sin magis ferantur, fluidum volunt, si partim supprimantur, partim ferantur, mixtionem indè conflari: velut in oculo inflammatione ac fluxione obsesso. Inflammationem enim, quæ morbus adstrictus est, quia non solitaria, sed una cum fluxione in eodem loco nascitur, totum adfectum efficere mixtum: Indicationem autem ejus, quod confert, in adstrictis quidem laxitatem esse perhibent, in fluentibus compressionem. Nam genu, ver. gr. inflammato, relaxare aiunt oportere: Alvum aut oculum fluentem cohibere, atque comprimere. In mixtis adfectibus incumbere in id quod urget maximè. Nam ei quod magis tumultuatur, periculúmque creat, tanquam fortiori hosti obsistendum potiùs aiunt, quàm alteri. Ergo hii cùm remedia per indicationem parant, quid ni seipsos appellent Rationales? Quia (inquiunt) Rationales perscrutantur obscura, nos in rebus apparentibus versamur. Nimirum totam hanc Sectam suam sic definiunt, cognitionem Communitatum Apparentium. Quæ nè cæteris videatur Attibus definitio communis (nam & illas quoque apparentium communitatum notitias putant) idcirco addiderunt Communitatum quæ

ἀλλὰ μόνων τῶν παθῶν τὴν ἔνδειξιν τὸ συμφέροντος ἀρκεῖν αὐτοῖς φάσκοντες· ὅδε οὐδὲ τούτων κατ' εἶδος, ἀλλὰ κοινῇ καθόλου τι διέμενοι καὶ δὴ καὶ καλοῦσι κοινότητας, αὐτὰ δὴ ταῦτα, τὰ διὰ πάντων διήκοντα τὴν ὑπὲρ μέρει. καὶ πειρῶνται τῶν μὲν οἱ μὲν, ἐπὶ διαφόρων νοσημάτων ἁπάντων· ἔνιοι δὲ, καὶ πάντων ἁπλῶς, δύο κοινότητας ἐπιδεικνύναι, καὶ τινα τρίτην μικτήν· ὀνόματα δὲ αὐταῖς, στεγνότην καὶ ῥύσιν ἔθεντο. καὶ πᾶν νόσημά φασιν, ἢ στεγνὸν, ἢ ῥωῶδες εἶναι, ἢ ἐξ ἀμφοῖν ὑπάρχειν μικτόν. εἰ μὲν γὰρ αἱ φυσικαὶ κενώσεις τῶν σωμάτων ἴσχοιντο, στεγνότητα καλοῦσιν· εἰ δέ τι μᾶλλον φέροιντο, ῥωῶδες· ἐνίοτε δὲ καὶ ἴσχοιντο, καὶ φέροιντο, τρίτην ὑπάρχειν ἐν τούτῳ συνίστασθαι. καθάπερ ἐπ' ὀφθαλμοῦ φλεγμαίνοντός τε ἅμα καὶ ῥευματιζομένου· τὴν μὲν φλεγμονὴν στενὸν εἶναι πάθος, ὅτι μὴ μόνη ἐστὶν, ἀλλὰ σὺν τῷ ῥεύματι κατὰ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν τόπον ἐγγίνεται, τὸ σύμπαν ποιεῖν πάθος ὑπάρχειν μικτόν. ἔνδειξιν δὲ τοῦ συμφέροντος, ὑπὶ μὲν τῶν στενῶν, τὴν χάλασιν· ὑπὶ δὲ τῶν ῥωῶδων, τὴν σύναψιν ἐπιφέρειν. γόνατος μὲν γὰρ, εἰ τύχοι, φλεγμήναντος, χαλᾶν φασι χρῆναι. ῥέουσαν δὲ τὴν κοιλίαν, ἢ τὸν ὀφθαλμὸν, ἐπέχειν τε, καὶ σφίγγειν. ἐν δὲ τοῖς ὑπερπεπλεγμένοις, πρὸς τὸ κατεπεῖγον ἴσασι. τὸν μὲν μᾶλλον διοχλοῦντι, καὶ τὸν κίνδυνον ὑπαφέροντι, τοῦτο δ' ἔστιν, ὡς τῷ ἰσχυροτέρῳ ἐναντιοῦσθαι, φασὶ δεῖν μᾶλλον, ἢ δευτέρῳ. τί οὖν δὴ καὶ δογματικοὺς ἑαυτοὺς ἐκάλεσαν, ἐνδείξεις τὰ βουλήματα ποιούμενοι; διότι, φασὶν, οἱ δογματικοὶ τὸ ἄδηλον ἐρευνῶσιν· ἡμεῖς δὲ ἐν τοῖς φαινομένοις διατρίβομεν. ἀμέλει καὶ ὅλην τὴν αἵρεσιν ἑαυτῶν ὅτως ὀνομάζουσι, γνῶσιν φαινομένων κοινοτήτων· καὶ ἵνα μὴ κοινὸς ὁ ὅρος δοκῇ ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις τέχναις (καὶ γὰρ κἀκείνας γνώσεις εἶναι νομίζουσι φαινομένων κοινοτήτων) διὰ τοῦτο προστιθέασιν, ἀκολούθων τῷ

" Lo. ἑαυτοῖς

πρὸ τῆς ἰατρικῆς τέλει· τινὲς δὲ αὐτῶν, οὐκ "ἀκολούθων, ἀλλὰ "συμφώνων προστέθεται· οἱ πλείστοι δ' ἄμφω συμπίπτοντες, γνῶσιν εἶναι φασὶ τινὰ μέθοδον φαινομένων κοινοτήτων συμφώνων τε καὶ ἀκολούθων πρὸ τῆς ἰατρικῆς τέλει. τινὲς δὲ, ὥσπερ καὶ ὁ Θεσσαλὸς, προσεχῶν τε καὶ ἀναγκαίων πρὸς "ὑγίειαν. διὰ ταῦτα δὴ καὶ ἀξιοῦσι, μήτε Δογματικοὶ κεκλῆσθαι, [μὴ γὰρ δεῖσθαι τὰ ἀδήλα, καθάπερ ἐκεῖνοι] μήτε Ἐμπειρικοὶ, κἂν ὅτι μάλιστα περὶ τὸ φαινόμενον διατείβωσιν· τῇ γὰρ ἐνδείξει κεχωρίσθαι "αὐτῶν. ὁ μὲν ἐν αὐτῷ τῷ τρόπῳ τῆς περὶ τὸ φαινόμενον διατειβῆς, ὁμολογεῖν ἑαυτοὺς φασὶ τοῖς ἐμπειρικοῖς· ἐκείνους μὲν γὰρ, ὡς ἀγνώστων, ὑποχωρῆσαι τῆ ἀδήλων, ἑαυτοὺ δὲ, ὡς ἀχρήστων. καὶ τοῦ μὲν ἐμπειρικοὺς, πίπτειν ὑπὸ τοῖς φαινομένοις, αὐτοὺ δὲ, ἔνδειξιν ἔχειν. ἔνθα δὲ τὰ διαφέρειν ἑαυτῶν ἑκατέρους φασί· καὶ μάλιστα ἐν οἷς, ὥρας, καὶ ἡλικίας, καὶ χώρας, καὶ τοιαῦτα σύμπαντα περισκοποῦσιν· ἄχρηστα μὲν ὄντα φανερῶς, ὡς ἐκεῖνοι νομίζουσι, δόξης δὲ χάριν τοῖς ἔμπροσθεν ἐν δόξῃ τετιμημένα. καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ μέγιστον ἀγαθὸν τῆ μεθοδικῆς αἱρέσεως φασί, καὶ σεμνύνεσθαι γε δι' αὐτὸ, καὶ θαυμάζεσθαι δικαίως. καὶ πρὸς γε βραχὺν εἶναι εἰπόντι. † τὸν βίον, τὴν δὲ τέχνην μακρὰν, ὀρθῶς· τἀναντίον γὰρ ἅπαν, αὐτὴν μὲν βραχεῖαν εἶναι, τὸν δὲ βίον, μακρόν. ἀφαιρεθέντων γὰρ πάντων τῶν ὠφελημένων τὴν τέχνην ὠφελεῖν, καὶ πρὸς μόνας τὰς κοινότητας ἀποβλεπόντων ἡμῶν, ὅτε μακρὰν ἔτι τὴν ἰατρικὴν ὅτε χαλεπὴν εἶναι, ῥᾴδιον δὲ καὶ σαφῆ, καὶ μηνὶ ἓξ, ὅλην τάχιστα γνωσθῆναι δυναμένην. ὅτῳ μὲν γὰρ ὅτι τῶν κατὰ διαίτην νοσημάτων εἰς γενὸν κομιδῆ σωθῆναι τὸ πᾶν· οὕτως δὲ καὶ ἐπὶ τὴν χειρουργίαν τε καὶ φαρμακείαν· καὶ γὰρ ἐν ἐκείνοις κατ' ὅλην τινὰς κοινότητας ἐξευρίσκειν πειρῶνται, καὶ σκοποὺς ἐφιστάντες τῶν ἰαμάτων, ὀλίγους τὸν

Medicinæ fini ſunt conſequentes. Quidam verò non [quæ conſequentes] adjiciunt, ſed [conſentientes.] Plærique denique ambabus particulis conjunctis "[Methodum eſſe cognitionem communitatum apparentium, quæ conſentiunt, & conſequuntur Medicæ finem.] Nonnulli autem, quorum in numero eſt Theſſalus, earum eſſe aiunt, quæ ſanitati cohærentes ſunt & neceſſariæ. His igitur de cauſis nec Rationales nominari ſe (neque enim ipſos "obſcuro ſicut illos ad definiendum, egere) Neque etiam Empiricos ſe eſſe ferunt, tametſi vel maximè circa apparentia verſentur: Siquidem ab illis per indicationem ſeparati ſint. Quanquam nè ipſo modo, quo in apparentibus verſantur, aſſentire ſe fatentur Empiricis. Illos enim ab obſcuris abſtinere, quia cognoſci nequeunt; ſeipſos, quia inſtructuoſa ſunt. Atque Empiricis ex apparentibus obſervationem, ſibi verò indicationem accipi. Itaque cùm in iſtis ab utraque ſe ſecta differre inquiunt, cùm potiſſimùm, quòd anni tempora, æſtates, regiones, aliáque id genus abſcindunt; quæ planè, ut illi arbitrantur, inutilia ſunt, ſed tamen oſtentationis cauſâ apud antiquiores Medicos celebrata. Atque hanc maximam prædicant methodicæ virtutem ſectæ: hoc uno gloriantur ſcil. omníq; ſe admiratione dignos indicant. Qui verò "vitam brevem dixit, "artem longam, eum graviter incuſant. Nam contra ſe habere, ut "brevis ars, "vita longa ſit: demptis enim iis, quibus ars juvari falſa putatur, ſi ad ſolas communitates flectamus oculos: nec longam Medicinam eſſe, nec difficilem; ſed facilem atq; apertam fore, ſpatióq; ſex menſium perdiſci univerſam poſſe. Hoc enim pacto in affectibus, qui victu curatutur, rem totam compendifieri. Nec minus in iis, qui Chirurgiâ vel Medicamentis. Nam in his quoq; communitates quaſdam invenire conantur, & remediorum aliquam

† 1. Aph. 1.

paucos accipiunt scopos. Quare totam (opinor) eorum artem, non dico vulgato illo, semestri licèt, sed multò etiam ocyùs arripere. Ità illis doctrinæ tam compendiosæ nomine gratias agendæ, ni mentiantur: Si mentiuntur, negligentiæ crimine sunt accersendi.

ἀριθμόν. ὡς ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, οὐδὲ ἐν τοῖς πολυθρυλλήτοις ἓξ μησὶν, ἀλλὰ καὶ πολὺ θᾶττον ὅλων αὐτῶν τὴν τέχνην ἐκμαθεῖν ὑπάρξειν. καὶ χρὴ χάριν ἴσως γινώσκειν αὐτοῖς τῆς σωτόμου διδασκαλίας, εἰ γε μὴ ψεύδονται· ψευδομένοις δὲ ὀλιγωρίαν ἐγκλητέον.

CAP. VII.

Methodicorum disputatio contra Empiricos & Rationales.

QVo pacto autem, prout mihi videtur, probè dicet quis, cœcutiántne isti de eo quod confert, an soli supervacua præclarè effugerint, in præsenti expediam. Neque enim consideratio hæc pusilla videtur, neque tantùm argumentis tenus mihi procedere, sicut Empiricis & Dogmaticis (qui primò de remediorum inventione litigantes, mox de usu consentiunt invicem:) verùm artis opera à Methodica Secta vel maximè lædi necesse est, vel maximopere juvari. Cùm verò in rebus duplex sit indicatio: una ratione solâ constans; Altera ex iis quæ evidenter apparent: illa, quia majus videtur, quàm pro Tyronum captu, nè hujus quidem loci est: Hæc quæ apparentibus solis nititur, est omnium hominum communis. Quid igitur obstat, quò minùs hâc apprimè utamur; quandoquidem, & Tyronibus aperta sit, & apud ipsos Methodicos honorata? Nam isti nil aliud præter apparentia, decantant, hæc cæteris anteponunt omnibus. Quicquid illis obscurum est, idem infructuosum existimatur. Age igitur, primò de causis procatarcticis loquar, proque norma indicationis id ponam, quod apparens est: Prodeat autem Methodicus prior in verba hæc. Quid

Ὡς δ' ἄν τις μάλιστα δοκεῖν μοι κρίναι δικαίως, ἢ τυφλώττοντας αὐτὸὺς περὶ τὸ χρήσιμον, ἢ μόνους τὸ περιττὸν ὀρθῶς φώγοντας, ἤδη φράσω. καὶ γὰρ οὐδὲ σμικρὸν ἔοικεν εἶναι τοῦτο τὸ σκέμμα, οὐδὲ μέχρι λόγου μοι περιέναι μόνον, ὡσπερ τοῖς Ἐμπειρικοῖς τε καὶ Δογματικοῖς, [''ὅσοι περὶ τῆς πρώτης τῶν βοηθημάτων ἀνευρέσεως φιλονεικοῦσι, περὶ τῆς νῦν χρήσεως ὁμολογοῦντες ἀλλήλοις] ἀλλ' ὅτι μεγάλα βλάπτεσθαι τὰ τῆς τέχνης ἔργα περὶς τῆς Μεθοδικῆς αἱρέσεως ἀναγκαῖον, ἢ μεγάλ' ὠφελεῖσθαι. διττῆς δὲ τῆς ἐν τοῖς πράγμασι κρίσεως οὔσης, τῆς μὲν, διὰ τοῦ λόγου μόνου, τῆς δὲ, διὰ τῶν φαινομένων ἐναργῶς· ἡ μὲν ἑτέρα, ἡ διὰ μόνου τοῦ λόγου, μείζων, ἢ κατὰ τοὺς εἰσαγομένους ἐστίν. ἔχουσι αὐτῆς νῦν ὁ καιρός. ἡ δ' ἑτέρα, ἡ διὰ μόνου τοῦ φαίνεσθαι, κοινὴ πάντων ἀνθρώπων ὑπάρχει. τί δ' ἂν κωλύει, ταύτῃ πρώτῃ χρήσασθαι, σαφεῖ τε ἅμα τοῖς εἰσαγομένοις οὔσῃ, καὶ πρὸς αὐτῶν τῶν Μεθοδικῶν τετιμημένῃ; διαπάντων γοῦν οὐδὲν ἄλλο, ἢ τὸ φαινόμενον ὑμνοῦσι, καὶ τοῦτο προτιθέασιν ἐπὶ παντὶ καὶ τὸ ἄδηλον ἅπαν, ἄχρηστον εἶναι λέγουσι. φέρε δὴ, πρῶτον ὀπίσκεψώμεθα περὶ τῶν προκαταρκτικῶν λεγομένων αἰτίων, κανόνα τε κρίσεως τὸ φαινόμενον πιθέμενοι· καὶ πρῶτος γε ὁ Μεθοδικὸς παρέστω, ὧδέ πως λεγέτω.

''ὅσα

τω. τί δή ποτε ψύξεις τε καὶ ἐγκαύσεις, καὶ μέθας, καὶ ἀπεψίας, καὶ πλησμονὰς, καὶ ἐνδείας, καὶ κόπους, καὶ ἐνεργείας, καὶ ἐδεσμάτων ποιότητας, καὶ ἐθῶν ἐπιτηδεύσεις, ὦ Δογματικοί τε καὶ Ἐμπειρικοὶ, μετὰ τοσαύτης σπουδῆς ἐνεργεῖτε; πότερον ταῦτ' ἰᾶσθαι μέλλετε, τὰς ἐν τῷ σώματι παρούσας διαθέσεις; ἃ τὴν ἀρχὴν οὐδὲ παρεῖναι ἔτι τοιούτων οὐδέν, ἀλλ' αὐτὰ μὲν οἴχεται. τὸ δ' ὑπ' αὐτῶν γιγνόμενον ἐν τῷ σώματι μένει. καὶ τοῦτο χρὴ ἰᾶσθαι· τοῦτο γὰρ ὅτι τὸ πάθος. ἐπισκεπτέον οὖν αὐτὸ, οἷόν τ' ὄστιν. εἰ μὲν γὰρ ῥευστὸν, χαλαστέον· εἰ δὲ ῥοώδες, σταλτέον, ὑφ' ὅτου ἂν αἰτίου γεγονὸς ἑκάτερον ᾖ. εἰς τί δὴ ἔτι τὸ αἴτιον ὠφελεῖ, μήτε τοῦ ῥοώδους ποτὲ χαλάσεως δεομένου, μήτε τοῦ ῥευστοῦ, σταλτέου; ἢ παντὸς εἰς οὐδὲν, ὥς γε τὸ πρᾶγμα αὐτὸ δείκνυσιν; ὁμοίως δὲ καὶ ὁ λόγος τοῖς Μεθοδικοῖς καὶ περὶ τῶν ἀδήλων καὶ συνεκτικῶν ὀνομαζομένων αἰτίων. καὶ γὰρ ἐκεῖνα περιττὰ φασιν εἶναι, τοῖς πάσιν τὴν οἰκείαν θεραπείαν ἐνδεικνυμένου, καὶ χρεὼν τοῦ γνωσθῆναι τὴν αἰτίαν, ὑφ' ἧς ἐγένετο. πρὸς δ' αὐτοῖς ἔτι καὶ τῶν λόγων, ὅτι τε τὰς ὥρας, καὶ τὰς ἡλικίας, καὶ τὰ χωρία μεταβαίνουσι, θαυμάζοντες καὶ παῖδα τῶν παλαιῶν ἰατρῶν, οἳ μὴ συνίασιν ἅπαντες ἐναργὲς πρᾶγμα. ἢ γάρ τοι φλεγμονὴ, παιδὸς ἔστι ῥευστὸν, ὡς φασιν, ἢ δή που θέρους μὲν, εἰ γένοιτο, τῶν χαλώντων δεῖται βοηθημάτων, χειμῶνος δ', ἀνέων πιεζόντων, ἐν ἀμφοτέραις ταῖς ὥραις τὸ αὐτῶν· οὐδ' ὅτι μὲν τῶν παίδων ἡλικίας, τῶν χαλαστικῶν, ὅτι δὲ τῶν πρεσβυτέρων, τῶν σελλόντων· οὐδ' ἐν Αἰγύπτῳ μὲν, τῶν χαλώντων, Ἀθήνησι δὲ, τῶν ἐπεχόντων. ἀνάπαλιν δὲ τῇ φλεγμονῇ τὸ ῥοῶδες πάθος ἐναφὲς, οὐδέ ποτε τῶν χαλώντων, ἀλλ' ἀεὶ τῶν σελλόντων δεῖται, καὶ χειμῶνος, καὶ θέρους, καὶ ἦρος, καὶ φθινοπώρου· καὶ παιδὸς ὄντος τοῦ νοσοῦντος, καὶ ἀκμάζοντος, καὶ γέροντος,

esse dicam (Rationales atque Empirici) cur de frigoribus & æstu, commessationibus & cruditate, satietate & fame, lassitudine & otio, de ciborum qualitatibus, deque assuetudinum mutatione tanto molimine tantas nugas agitis? An affectibus corporum prætermissis, hæc illa sunt, quibus mederi conamini? Quorum nè ullum quidem jam extat; verùm ipsa è corpore aufugêre, eo, quòd ab ipsis fit, remanente. Atque hoc est, cui mederi oportet, nempe affectus corporis. Ipse igitur qualis sit, considerandum: quippe si adstrictus fuerit, laxare opus est; si fluens, cohibere; quacunque à causâ utervis exortus fuerit. Quid igitur est, cui conferat causa? cùm neque morbus si fluens sit, laxari postuler, nec, si adstrictus, reprimi. An potiùs quomodo res se indicat, ad nihil quicquam confert? Oratio autem Methodicis eadem est de obscuris, & de continentibus (quas vocant) causis. Nam & eas supervacuas esse contendunt: Siquidem affectus curationem indicet sui, tametsi causa quæ genuit, in occulto lateat. Similibus etiam argumentis ad anni tempora, ad ætates, ad regiones transeunt, mirantúrque indè Medicos veteres, quibus res tam evidens nè intellecta sit. Nam inflammatio (quam adstrictam affectionem vocant) non per æstatem laxantia poscit, & contraria per Hyemem; sed in utrisque temporibus, eadem: neque in pueritia, quod laxandi, in senio autem, quod constringendi vim habet: Neque in Ægypto laxantium vi, Athenis verò, comprimentium levatur. Sin affectio sit fluens, quæ inflammationi contraria, nunquam ei laxantibus, sed quavis tempestate constringentibus est opus: Hyeme, Æstate, Vere, Autumno: sive quis puerili ætate ægrotet, sive consistente, seu senili,

" Lo. διατάσεις

& ubicunque gentium, in Thracia, Scythia, aut Æthiopia. Nihil igitur horum esse utile affirmant, sed singula nimis curiosè tractari. Quid? Partes corporis considerare; an hoc ad curandi indicationem non inane? An quispiam est, qui dicere ausit, inflammationem partis nervosæ relaxandam? Arteriosæ, Venosæ, Carnosæve comprimendam? Aut universim, cuivis corporis parti si quid adstrictum inest, numquis dicet non esse laxandum, aut si fluens, non cohibendum? Quocirca si partis natura curandi modum nihil immutet, verùm inventio remediorum ex genere affectus elicienda sit, contemplationem partis inutilem esse perspicuum est. Hujusmodi ergo, ut summatim dicam, Methodicus fuit.

καὶ εἰ τύχοι, περὶ Θρᾴκων, ἢ περὶ Σκυθῶν, ἢ περὶ Αἰθιόπων εἰ ὁ ἀῤῥωστῶν. ἀκοῦσαι οὐδὲν τῶν τοιούτων, εἰς οὐδὲν χρήσιμον εἶναι φασί, ἀλλὰ μάτην ταῦτα πάντα πολυπραγμονεῖσθαι. τί γὰρ καὶ τὰ μέρη τοῦ σώματος ὀπτικοπῆσαι; ἆρ' ἂν καὶ ταῦτα μάταια πρὸς ἔνδειξιν θεραπείας; ἢ τολμήσαι τινα εἰπεῖν, ὡς ἐν μὲν τῷ ὑγρῶδει μορίῳ, περὶ φλεγμονὴν χαλαστέον, ἐν ᾧ δὲ ἀραιώδει, ἢ φλεβώδει ἢ σαρκώδει σαλτέον; ἢ ὅλως, εἴπερ τινὶ μέρει τοῦ σώματος ῥύσις εἴη, τολμήσαι τινὰ εἰπεῖν, ὡς οὐ χαλαστέον αὐτὸ; ἢ οὐ σαλτέον, τὸ ῥέον; εἰ τοίνυν ἡ τοῦ μέρους φύσις, οὐδὲν διαλλάττει τῆς θεραπείας τὸν τρόπον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὸ γνῶναι τὰ πάθη, ἢ τῶν βοηθούντων εὕρεσις ἄχρηστος φανερῶς ἡ τοῦ μέρους ἐπίσκεψις. ὁ μὲν δὴ Μεθοδικὸς, τοῦτον, ὡς τύπῳ φάναι.

CAP. VIII.

Empiricorum disputatio adversus Methodicos.

SEcundùm hunc prodeat Empiricus, & fere sic. "Equidem præter ea quæ apparent, nihil ego novi, nec plura me sapere profiteor, quàm quæ sæpe conspexi: Tu igitur apparentia si flocci feceris, quod nuper Sophistam quendam audio feciſſe, ad eos, qui apparentia cohonestant, recipere me tempus est: tu verò Cadmeiam victoriam viceris. Si verò ut initio à te accepi, quicquid abditum est, inutile esse vis, te verò evidentia sequi fateare, tibi forsan, eò quòd apparet, in memoriam redacto, quod minùs animadvertisti, ante oculos ponam. Homines duo à cane rabido morsi, ad Medicos notos se auxilii causâ conferebant. Vulnus utrique perexiguum fuit, ut nè discissa appareret cutis. Medi-

Παρείπω δ' ἐπ' ἄμπω δεύτερος ὁ Ἐμπειρικὸς, ὧδέ πως λέγων. † ἐγὼ τὰ φαινόμενα πλέον οὐδὲν οἶδα, οὐδὲ ἐπαγγέλλομαί τι σοφώτερον, ὧν πολλάκις ἐθεασάμην. εἰ μὲν δὴ ἀπημάζοις " τὸ φαινόμενον, ὥσπερ τινὸς ἔμαθες ἐκεῖνος ἀλλαί μοι δοκῶ σοφιστὴ· καὶ ἡμῖν ὥρα πρὸς τοὺς πιθανοὺς αὐτὸ τὸ φαινόμενον ἀπαλλάττεσθαι. " σὺ δ' ἂν ἤδη νικήσας νίκην καδμείαν. εἰ δ' ὥσπερ καὶ κατ' ἀρχάς ἤρξω σύ, τὸ μὲν ἄδηλον ἅπαν ἄχρηστον εἶναι φάσκοντος, ἕπεσθαι δ' ὁμολογοῦντος τοῖς ἐναργέσι· τάχα ἄν σοι δείξαιμι τὸ παρορώμενον †, ὑπομνήσας τὰ φαινόμενα. δηχθέντες ὑπὸ κυνὸς λυσσῶντος ἄνθρωποι δύο, πρὸς τοὺς σωτῆρας ἰατροὺς ἐπορεύοντο· ἰάσεως δ' ἑκατέρῳ μικρὸν δι' ὅλου ἐκατέρων τοῦ ἕλκους, ὡς μηδὲ τὸ δέρμα " παντὸς διῃρῆσθαι.

† Pa. 14. 28.

" Ad. --ζεις.

" ἅδ'

† Pa. 15. 14.

" παῦ

κὴ

καὶ τὴν θεραπείαν ὁ μὲν ἕτερος αὐτῶν ἐποιεῖτο τὸ ἕλκος μόνον, μηδὲν ἄλλο πολυπραγμονῶν· καὶ ὀλίγων γε ἡμερῶν, ὑγιὲς ἀπέφηνε τὸ μέρος. ὁ δὲ ἕτερος, ἐπειδὴ λυσσῶντα ἔγνω τὸν κύνα, τοσοῦτον ἀπέδει τοῦ ἀποδοῦναι εἰς ἄλλο ἄγειν τὸ ἕλκος, ὥστε αὐτὸ τἀναντίον ἀεὶ καὶ μᾶλλον εἰργάζετο μεῖζον, ἰχῶσί τε καὶ δριμέσι χρώμενος φαρμάκοις, ἕως χρόνῳ συγκαῦσαι καὶ πῦον προσπυεῖν καλέσαν αὐτὸν ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ φάρμακα, τὰ λύσσης ἰάματα, ὡς ἔφασκεν αὐτός. καὶ δὴ καὶ ὅπως ἐτελεύτα τὸ συμβαῖνον ἀμφοτέροις· ὁ μὲν ἐσώθη τε, καὶ ὑγιὴς ἐγίνετο, ὁ πίων τὰ φάρμακα· ὁ δὲ ἕτερος, οὐδὲν ἔχειν σίομμον κακὸν, ἐξαίφνης ἔδεισέ τε τὸ ὕδωρ, καὶ ἀναδεὶς ἀπέθανεν. ἆρά σοι δοκεῖ μάτην τὸ προκαταρκτικὸν αἴτιον ἐν τούτοις ἐρευνᾶσθαι; ἢ δι' ἄλλο τι ἀπέθανεν ὁ ἄνθρωπος, πλὴν διὰ τὴν ὀλιγωρίαν τοῦ ἰατροῦ, μή τε σπουδαιοτέρᾳ χρεὶ τῆς αἰτίας μηδὲν, μή τι τὴν περιττὴν ἐπ' αὐτῇ θεραπείαν παραλαβόντος; ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐδὲν ἄλλο τι οὐδὲν φαίνεται, ἢ διὰ τοῦτο. ἐπεὶ τῷ φαινομένῳ ἕπομαι, παρελθεῖν οὐ δύναμαι τοιοῦτον οὐδὲν αἴτιον· οὕτω δὲ καὶ ἡλικίαν οὐ δύναμαι παραδραμεῖν, οὐδὲ ἀτιμάζειν. καὶ γὰρ καὶ ταῦτα ἀναισχύνει με πιθέσθαι τὸ φαινόμενον, ὅτι αὐτῶν κατὰ πάντα παθῶν οὐ πάντη τὴν αὐτὴν θεραπείαν ἐχόντων· ἀλλ' ἔστιν ὅταν τοσοῦτον διαφέρωσιν ἐν ταῖς διαφόροις ἡλικίαις, ὥστε μηδὲ ποσότητι μόνον, ἢ ἕξει βοηθημάτων διαλλάττειν, ἀλλ' ὅλῳ τῷ γένει. πλευριτικοὺς γὰρ πολλοὺς, ἀκμάζοντάς τε καὶ ἰσχυροὺς εἶδον ἐγὼ πολλάκις, καὶ ὑφ' ὑμῶν αὐτῶν φλεβοτομουμένους· ἀλλ' οὐδένα τῶν ἐν ἑβδόμῃ γήρᾳ, ἢ κομιδῇ σμικρὸν παῖδα, οὔθ' ὑμεῖς ἐτολμήσατε διὰ φλεβὸς κενῶν, οὔθ' ἄλλος οὐδεὶς οὐδεπώποτε. τί δὲ, ὅταν Ἱπποκράτης εἴπῃ, † "πρὸ κυνὸς, καὶ πρὸ κυνὸς ἐργώδεες αἱ φαρμακεῖαι; καὶ ὅταν αὖ πάλιν, "θέρεος φαρμακεύειν, τὰς ἄνω, χειμῶνος δὲ, τὰς κάτω; πότερον

corum alter tantummodò curabat vulnus, nullâ aliâ de re sollicitus; paucísque pòst diebus sanam exhibuit partem. Alter cùm resciscceret de rabido cane, tantùm aberat, ut festinantiùs cicatrice obduceret vulnus, ut contrà indies magis amplum efficeret, validis, acribúsque medicamentis, diutinè admotis; ægróque interea medicamina propinavit, quæ rabiei, ut affirmabat, remedio essent. Ac ità demùm cessit utrique res; ut qui medicamenta ebiberat, superesset incolumis: alter, cùm nihil mali suspicaretur, derepentè perhorruerit aquam, & Convulsione obortâ interierit: Nunquid in his evidentem tu causam frustra perquiri autumas? An aliâ de re periit æger, quàm negligentiâ Medici; qui neque de causâ scisciteretur quidpiam, neque Curationem, quàm in tali casu observârat, sequeretur: mihi quidem nulla alia de re periisse videtur; qui quoniam apparentia sequor, istiusmodi causas præterire nequeo: Sicut nec ætatem ægri transilire possum, nec parvi ducere. Nam & hic mihi fidem extorquet id quod apparet: Siquidem affectus, qui usque quaque iidem, non prorsus eodem sanantur modo, sed interdum per ætates diversas ità discrepant, ut non solùm remediorum mensurâ, modóve, sed ipso etiam discriminentur genere. Equidem Pleuriticos multos vigentes validósque sæpe vidi, quibus etiam vestra authoritate sanguis emissus est. At senio decrepitum, vel parvulum puerum nec vos ipsi venâ sectâ, nec alius quisquam evacuare est ausus. Quid? Hippocrates cùm ait, "Sub Cane & ante Canem Purgationes esse difficiles. Quid? ubi rursus inquit, "Æstate ventrem superiorem purga, hyeme, inferiorem; verènè locutus, an mentitus vobis videtur?

† Hip.

videtur. Difficilem utrinque Responsionem arbitror. Nam mendacem si dicitis, apparentia, quæ tanti facere profitemini, pro nihilo habebitis. Res enim, prout Hippocrates docuit, vera esse apparet. Sin veracem esse respondetis, jam tempora & regiones admittitis, quæ pridem inutilia pronunciâstis. Neque verò peregrè vos à Patria recessisse arbitror, nec Regionum differentias pertentâsse. Nunquam enim latuisset vos, nec Septentrionales profusiorem sanguinis emissionem ferre, ut nec eos, qui Ægyptum, latéque Meridiem incolunt: qui autem inter hos medii, ex sanguine profuso evidentem sæpe commoditatem tulisse. Illud vestrum, "Nè partes corporis contemplemur, per mihi mirum, serióque absurdum videtur, nec veritati solùm, sed & iis, quæ à vobis aguntur, adversissimum. Proh Deûm fidem! ubicunque inflammatio exorta est, eandémne curationem postulat, in crure, in aure, in ore, in oculo? Cur igitur inflammationes crurum scalpello à vobis concisas, oleóque sæpe irrigatas vidi? oculorum autem nè unquam quidem? Cur oculis, cùm inflammantur, adstringentia adhibetis; crura iisdem non inungitis? Quid ni aures inflammatas oculorum levetis remedio? Quidni oculos aurium? verùm inflammatis aliud auribus, aliud oculis medicamento est. Nam Acetum Rosaceum inflammationi aurium salubre: sed qui idem inflammatis oculis, audacter infundat, neminem fore opinor: & si istuc ausit, non mediocri is certè cum damno experimentum faciet temeritatis suæ. Iam uvulæ, si inflammetur, prodest Ægyptiæ Spinæ fructus, prodest & Alumen scissile: An igitur hæc oculis auribúsque inflam-

mus; (singula enim cum definita magnitudine conjunguntur) sed certi remedii magnitudinem, communitatum indicat magnitudo; quæ tamen ex eorum dogmate, non hanc hujusce remedii, sed simpliciter magnitudinem indicat. Remediorum autem (ut dixi) non absolutè magnitudo, sed hæc vel illa est accipienda. Eam enim si absolutè sumamus, quia remedia sine certa magnitudine non concipiuntur, remedia certè singula, & indiscriminatim accipiemus; quod à ratione est alienissimum. At illi magnitudine Communitatum, remedii magnitudinem simpliciter indicante, si particularem magnitudinem sumant, non herclè assument, quod indicat scopus: Is enim magnitudinem communiter acceptam indicat; ipsi verò accipiunt particularem. At enim inquient; Remedium se exhibere, non ut quantum particulare, sed quatenus est communitas. Eidem autem contigit & commune esse, & particulare. Quibus etiam responsum damus: Quòd, si communitas indicat, quodque indicatur, non est particulare, remedia sint indiscriminatim exhibenda: siquidem magnitudo cuilibet remedio cohæret: eandem verò etiam rationem licet communitatibus aliis accommodare.

CAP. XXV.

De Morbi & Remedii temporibus Sectarum omnium communia: & Methodici propria quæ.

IAm verò nec morborum temporibus indicari utile oſtendam, quod priuſquam exequar, de temporum differentiis nonnihil diſſerendum eſt. Hæ igitur apud Medicos celebrantur duæ, Vna morborum, remediorum altera. Atque hinc etiam curandi ratio innoteſcere poterit. Cauſarum autem motiones, morborúmque tempora pro eodem accipiunt. Motionis autem cujuſque differentiæ ſunt quatuor; initium, augmentum, ſtatus, declinatio. Quæ & eadem ſunt temporibus nomina. Remediorum tempora opportunitates quaſdam vocant ad illorum aſſumptionem accommodatas. Tales opportunitates dicimus eas, in quibus quæ remedii poſtulant acceptionem, præſtò ſunt, abſunt ea quæ prohibent. Plerique autem, remediorum morborúmque tempora, non re opinantur, ſed cogitatione differre. Nam coïncidere affirmant remedii ipſius morbique tempus. Quo enim tempore exiſtit morbus, eodem etiam remedii tempus reperietur. Evenire autem aiunt, ut idem ad diverſa relatum, aliter appelletur. Nam ut adſcenſus, ac deſcenſus, quæ una eadémque via eſt, eorum quæ adſcendunt, deſcendúntque relatione, modò adſcenſus dicitur, modò deſcenſus. Itidem in temporibus habet: ut unum idémque ſit & morbi tempus & remedii. Nam tempus morbi, aliter remedii definieris, Illud relatione habitâ ad motionem cauſæ, hoc ad remedii

Ἐξῆς δ', ὅπως δὲ οἱ τῶν νοσημάτων καιροὶ ἐνδείκνυσθαι [δύνανται] τὸ συμφέρον, ὑποδείξομεν. πρὸ δὲ τοῦ λόγου τούτου, περὶ τῆς τῶν καιρῶν διαφορᾶς ὀλίγα χρὴ διεξιέναι. δύο τοίνυν καιρῶν διαφοραὶ φασὶ τοῖς ἰατροῖς λέγειν, οἱ μὲν νοσημάτων, οἱ δὲ βοηθημάτων. ἐντεῦθεν [δ'] ἂν δῆλον καὶ διαφανὲς γένοιτο. τὰς κινήσεις τῶν αἰτιῶν, καιροὺς εἶναι λέγουσιν. εἰσὶ δὲ κινήσεως διαφοραὶ τέτταρες, ἀρχὴ, ἐπίδοσις, ἀκμὴ, καὶ παρακμή. ταῦτα δ' ἔστι καὶ τῶν καιρῶν ὀνόματα. τοὺς δὲ τῶν βοηθημάτων καιροὺς, τοὺς ἐπιτηδείους χρόνους εἰς προσάλειψιν αὐτῶν εἶναι λέγουσιν. εἰσὶ δὲ ἐπιτήδειοι χρόνοι, ἐν οἷς τὰ μὲν ἀπαντῶντα τῇ προσάλειψιν τὸ βοηθήματος πάρεστι, τῇ δὲ κωλυόντων ἄδεν ἔστι. οἷον δὲ οἱ πολλοὶ τοὺς τῶν βοηθημάτων καιροὺς καὶ νοσημάτων, ταυτόν τε μὴ διαφέρειν, ἐπινοίᾳ δὲ μόνον. φασὶ γὰρ, ὅτι περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ ὁ τοῦ βοηθήματος καιρὸς, καὶ ὁ τοῦ νοσήματος σωίσται. ἔν τινι γὰρ καιρῷ ὄντος τοῦ νοσήματος, ὁ τοῦ βοηθήματος καιρὸς δεῖσκε. ἐοίκασι δέ, φασιν, τὸ αὐτὸ πρὸς τὸ "λιγο καὶ "λιγο ἀναφερόμενον διαφόρως λέγειν. ὡς γὰρ ἀνάβασις καὶ κατάβασις μία ἔστι, καὶ ἡ αὐτὴ ὁδὸς, προσὰ τὴν θέσιν τῶν ἀναβαινόντων ἢ καταβαινόντων, ὅτε μὲν ἀνάβασις καλεῖται, ὅτε δὲ κατάβασις· ἕτω καὶ ἐπὶ τῶν καιρῶν ἔχει. εἷς μὲν γὰρ καὶ ὁ αὐτός ἔστιν, ὅτε τε νοσήματος καιρὸς, καὶ ὁ τοῦ βοηθήματος. "λιγος μὲν γὰρ πρὸς τὴν κίνησιν τῶν αἰτίων ἔστιν ἀναφέροντα λέγειν καιρὸν νοσήματος, "λιγος δὲ, πρὸς τὴν εὐκαιρίαν τῆς θεραπωγῆς τῶν

" λον
" Lo. νοσημάτων

† 2. Aph. 29.

τῶν βοηθημάτων, καιρὸν τὸ βοηθήματος. συμβαίνειν δέ φασιν ἀμφοτέρους τοὺς καιροὺς ἅμα συνίστασθαι, καὶ ἀδύνατον εἶναι μὴ καιρὸν νοσήματος ἐπιλαμβάνειν καιρὸν βοηθήματος. ῥητέον οὖν πρὸς αὐτούς, ὅτι εἰ οἱ αὐτοί εἰσι καιροὶ τῶν βοηθημάτων καὶ τῶν νοσημάτων, καὶ ὁμοσαίσει μὴ διαφέρουσιν, ἐχέτω ἐν ἅπαντι καιρῷ νοσήματος, εἰ καὶ καιρὸν βοηθήματος. οὐκ ἐν ἅπαντι ἢ καιρῷ νοσήματος προσαγόμεθα τὰ βοηθήματα†. "ἀρχομένων γάρ, φησι, τῶν νόσων μὴ πρὸς κινοῦν κίνει, ἀκμαζόντων δ' ἡσυχίαν ἔχειν, βέλτιον. οὐκ ἄρα οἱ αὐτοὶ καιροὶ εἰσι νοσημάτων καὶ βοηθημάτων. πολλάκις γοῦν παραλαμβάνομεν βοηθήματα, οἷς κάθαρσιν, ἢ φλεβοτομίαν, οὐκ ὄντος μὴ νοσήματος πνος, ἀλλὰ προσδοκωμένου ἔσεσθαι. ὥσπερ ἀμέλει οἱ χειρουργοὶ ἐπὶ τοῖς κηλοτομουμένοις, ὅταν ὁρῶσιν αὐτοὺς ἀπλήθεις ὄντας προσλαμβάνουσι φλεβοτομίας. καὶ ὁ Ἱπποκράτης γοῦν παραινεῖ, λύειν πρὸ ἄκρας εὐεξίαν μὴ βεβαίως· ἡ γοῦν λύσις διὰ βοηθημάτων γίνεται. εἰ δ' ἀκμῆς παρούσης τῶν νοσημάτων, οὐκ εἰσὶ καιροὶ τῶν βοηθημάτων, καὶ μὴ ὄντων νοσημάτων, εἰσὶ καιροὶ βοηθημάτων, φανερόν, ὅτι οὐκ ὀπτικὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁμοσαίσει διαφέρουσιν. ἔτι γοῦν ἐν ἑνὶ καιρῷ νοσήματος, πλείονας παραλαμβάνει τις βοηθημάτων καιρούς. ἐν γὰρ παρακμῇ, φέρε, νοσήματος, κλυστὴρ παραλαμβάνεται, καὶ ἄλειμμα, καὶ κατάπλασμα, καὶ τροφή. τούτων δ' ἑκάστου ἴδιός ἐστι καιρός. καὶ ἐν πλείοσι γοῦν νοσημάτων καιροῖς τὸ αὐτό ἐστιν ὅτε βοήθημα ἐπιφέρομεν. ἐν ἀρχῇ γοῦν τῶν νοσημάτων φλεβοτομία παραλαμβάνεται καὶ ἐν ἐπιδόσει. ἐκ τούτων δὴ φαίνεται, ὅτι χρή πως ὁμοσαίσει δεῖ τινας τῶν καιρῶν διαφορᾶ. πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις κἀκεῖνο γινώσκειν δεῖ, ὅτι τῶν μὲν νοσημάτων τέτταρές εἰσι καιροὶ, ἀρχὴ, ἐπίδοσις, ἀκμὴ, καὶ παρακμή.

applicandi opportunitatem. Vtraque autem tempora ut coïncidant, perpetuò evenire aiunt, nec unius posse tempus absque alterius tempore assumi. Quamobrem contra vos ità venio. Si eadem remediorum sint, morborúmque tempora, neque re ipsâ dissideant: Per quodlibet tempus morbi remedio exhibendo esset locus. Atqui remedia quovis tempore non adhibemus. Nam "incipientibus (inquit) morbis si quid movendum videtur, move: Vigentibus quiescere expedit. Non igitur eadem morborum tempora & remediorum. Immo sæpe remediis ut purgatione, sanguinísve missione utimur, cùm morbus nondum adest, sed timetur futurus. Quemadmodum Chirurgi, eos quibus exactus est Ramex, si Humorum pleniores viderint, venam secant: Et Hippocrates quoque monet "habitum exquisitè bonum nè cunctanter solvas. Solutio autem absque remediis præstari non potest. Quòd si in statu morbi, remedii tempus non detur, detur autem ante primum morbi insultum: Cuivis perspicuum est, hæc tempora non cogitatione solâ, sed re ipsâ differre. Adde, & in uno eodémque morbi tempore complura quis tempora accepit remediorum: utputà in declinatione, Clysterium, Inunctio, Cataplasma, & Cibus assumitur: quorum cuique suum est tempus. Quin & in diversis temporibus remedium aliquando admittimus idem: velut in principio approbatur sanguinis-missio, atque in augmento etiam. Ex his ergo perspicitur, discrepantiam temporibus jam dictis accidere. Adhæc, neq; illud nescias morborum tempora esse quatuor: initium, incrementum, statum, declinationem;

Remedi-

Remediorum autem hæc eadem tempora non esse. Neque enim initium, aut incrementum, nec statum aut declinationem. Præterea morborum tempora tam universalia, quàm particularia traduntur literis; remediorum generalia quidem tradi possunt, particularia non item. Cujus rei causa hæc: morborum tempora (tam universalia, quàm particularia) uno eodémque approbamus criterio; quod & scriptis consignari potest. Remediorum temporibus nec unum idémque criterium est; neque particularium temporum consignantur criteria libris. Quomodo id fiat, planum facio. Morborum tempora censentur ex certa motione causæ: Motio est initium, adscensus, status, declinatio. Quæ quatuor nos tempora morborum vocamus; cùm nomina potiùs hæc sint, quibus designatur causæ motio. Hæc autem si priùs non esset, jámque ingruere, molestiæque esse occipiat, initium appellatur morbi; si ulteriùs procedat, incrementum, si incrementum constiterit, appellamus statum. Si remissior flaccidiórque fit motio, declinationem vocamus. Quoniam ergo temporibus tam generalibus totius morbi, quàm particularibus cujusque paroxysmi appellationes sunt eædem; nec non eadem criteria utrisque: (quæ ex certa nascuntur motione causæ:) Haud dubium est, nos utraque posse tempora conscribendo exponere. Ità enim singula (causas, locos affectos, & similia) describi dicimus, si scopi, ex quibus singula innotescunt, mandentur literis. Quod autem nec intermissiones dicantur tempora, nec tempora ex intermissionibus sumantur, (neque enim tempora totius morbi, nec particularis paroxysmi)

τῶν δὲ βοηθημάτων οὐκ εἰσὶν ἕτοιμοι καιροί. ὅτε γὰρ ἀρχὴ, ὅτ' ἐπίδοσις, ὅτ' ἀκμὴ, ὅτε παρακμὴ καιροί εἰσιν βοηθήματος. ἔπ τε, οἱ μὲν καιροὶ τῶν νοσημάτων γράφονται, οἱ καθόλου, καὶ οἱ ἐπὶ μέρους. οἱ δὲ τῶν βοηθημάτων, οἱ μὲν καθόλου ἀναγράφεσθαι δύνανται, οἱ δ' ἐπὶ μέρους, οὐκ ἔπ, τι διὰ τοιαύτην τινὰ αἰτίαν, οἱ μὲν τῶν νοσημάτων καιροὶ τῶν τε καθόλου καὶ τῶν ἐπὶ μέρους ἑνὶ καὶ πρὸς αὐτῷ ἐπικείνονται κειτηρίῳ, καὶ τὸ κειτήριον ἀναγράφεσθαι δύναται. οἱ δὲ τῶν βοηθημάτων καιροὶ, ὅτε τὸ αὐτὸ κειτήριον ἔχουσιν, ὅτε τῶν ἐπὶ μέρους καιρῶν δυνατὸν ὄζιν ἀναγράψαι τὰ κειτήρια. ὅπως δὲ, νῦν ὑποδείξομεν· οἱ καιροὶ τῶν νοσημάτων κείνονται τῇ ποιᾷ κινήσει τῶν αἰτίων· καὶ ἔστιν, ἀρχὴ, ἀνάβασις, ἀκμὴ, καὶ παρακμὴ, [ἀφ' ὧν τῶν νοσημάτων καιρὺς καλοῦμεν] ὀνόματα τῆς ποιᾶς κινήσεως τῶν αἰτίων. ἐὰν δὲ μὴ ἦν ἕτερον κίνησις ἐν ἡμῖν ἄρχεται σωίζεσθαι, καὶ ἀνιᾷ σωιζομένη, τῷ τοιαύτῳ κίνησιν ἀρχὴν νοσήματος λέγομεν· ἐὰν δ' ἐπὶ τὸ μεῖζον ἡ κίνησις προκόπτῃ, ἐπίδοσιν· ἐὰν δὲ σάσιν λάβῃ ἡ ἐπίδοσις, ἀκμὴν ὀνομάζομεν· ἐὰν δὲ μειῶνται αἱ κινήσεις, παρακμὴν προσαγορεύομεν. ἐπεὶ οὖν τῶν καιρῶν τὰ αὐτὰ ὄζι ὀνόματα, τῶν δὲ καθόλου νοσημάτων, καὶ τῶν ἐπὶ μέρους παροξυσμῶν, κὴ τὰ αὐτὰ ὄζι κειτήρια [ἐκ γὰρ τῆς ποιᾶς κινήσεως τῶν αἰτίων γίνονται] δῆλον, ὡς οἷόν τ' ὄζιν ἀμφοτέρους τοὺς καιροὺς ἀναγράφειν. ὅτω γὰρ λέγομεν ἀναγράφεσθαι ἕκαστα, οἷς τὰ αἴτια, τοὺς πεπονθότας τόπους, κὴ τὰ ὅμοια, ὅταν οἱ σκοποὶ, ἐξ ὧν καταλαμβάνεται τὰ ἐπὶ μέρους, ἀναγράφεσθαι δύνανται. ὅτι δὲ τὰ διαστήματα τῶν νοσημάτων ἐκ εἰσὶν οἱ καιροὶ, δῆλον ἐκ διαστημάτων οἱ καιροὶ λαμβάνονται. [ὅτε γὰρ τῶν καθόλου νοσημάτων, ὅτε τῶν ἐπὶ μέρους]

ἐκ

ἐκ τῶ μὴ ἐπὶ πάντα᾽ τῆ καιρῶν τ᾽αυτὰ διαστήματα ἔῃ), τὸ δ᾽ αὐτὸ καιρὸς λέγεσθαι δῆλόν ὄτιν. ὅτι δὲ διαφέρουσιν οἱ καιροὶ τῶν τε ὅλων νοσημάτων, καὶ τῶν ἐπὶ μέρους παροξυσμῶν, δῆλον ἐκ τῶ, ἐν ἑνὶ καιρῷ τὸ καθόλου νοσήματος πλείονας σωίσασθαι καιροὺς τῆ ἐπὶ μέρους παροξυσμῶν. ἐν ἀρχῆ γὰρ εἰσβολῆς νοσήματος, ἐπὶ μέρους τις παροξυσμὸς καὶ ἀρχεῖ), καὶ ἐπιδίδωσι, καὶ ἀκμάζει, καὶ παρακμάζει. καὶ ἀκμάζοντος ἤδη τῶ ὅλου νοσήματος, ἐπὶ μέρους παροξυσμός᾽ τις ἀρχὴν λαμβάνει. πῶς μὲν οὖν οἱ τῆ νοσημάτων καιροὶ ἀμφότεροι ἀναγεγράφεσθαι δύνανται, εἴρηται). τὸν δὲ τῶν βοηθημάτων καιρὸν πῶς ὐκ ἔστιν ἀμφοτέροις ἀναγράψαι, νῦν ὑποδείξομεν. οἱ τῶν βοηθημάτων καιροὶ λαμβάνονται) ὐκ ἐκ τῆς τῶ αἰτίου κινήσεως καὶ ὐσίας. τὸ αὐτὸ γὰρ ἂν ἀεὶ βοήθημα παραλαμβάνεται· οἷς ἐν πάσῃ ἀρχῆ νοσήματος, φλεβοτομία· καὶ ὁ εἰπὼν δ᾽, † "ἀρχομένων τῶν νόσων, ἤντι δοκέῃ κινεῖν, κίνει, ἀκμαζουσῶν δ᾽, ἡσυχίαν ἔχειν, ὐκ ἀπὸ τῶ καιρῶ ὁρμώμενος ἐκείνει τὰ βοηθήματα. ἤδει γὰρ, ὅτι κατὰ τὰς ἀρχὰς τῶν νοσημάτων ἡ δυνάμις ὑ καθίρηται), κὴ διὰ τῦτο ὐκ ἐμποδίζει τῆ παραλήψει τῶν βοηθημάτων. ἐν δὲ τῆ τῶ νοσήματος ἀκμῆ κεκμηκυίᾳ ἤδη, τῶ ὑπὸ τῶν βοηθημάτων κίνησιν ὑ φέρει. ὐκ ἀπὸ τῶ καιρῶ τίνων ὁρμώμενος ὁ Ἱπποκράτης, ἀπὸ δὲ τῆ τ᾽ δυνάμεως, τ᾽ τῶν βοηθημάτων ἐκκρίνει τὴν λῆψιν. ὅτε μὲν ὐκ ἐκ τῶ διαστήματος τ᾽ κατὰ νοσήματα καιρῶν, ὡς τινες οἴονται), ὁ τῶ βοηθήματος καιρὸς ἀνεῖσκε). κατὰ πολὺ γὰρ διαφερόντων τῶν διαστημάτων, ποίων ἂν τις ὑποχρέωσιν διάστημα φαίη, ὐκ ἔστιν εἰπεῖν. λαμβάνονται) τίνων οἱ καιροὶ τῶν μὲν καθόλου βοηθημάτων, ἔκ τε τῆς παρεσίας τῆ ἀπαιτουμένων

ex eo facilè colligas, quod in quibusvis temporibus intermissiones non sint eædem, cùm tamen tempora eodem semper nuncupentur nomine. Quòd universorum etiam morborum, & particularium paroxysmorum tempora inter se discrepent, ex eo perspicitur, quia in uno tempore totius morbi, singulorum paroxysmorum tempora conficiuntur plura. Nam in principio invadentis morbi, paroxysmus aliquando particularis incipit, augetur, consistit, declinat. Quin & toto jam consistente morbo, particularis aliquis paroxysmus initium accipit. Ac quo modo utraque morborum tempora delineari calamo possint, exposuimus. Iam nec remediorum utraque designari posse tempora, ostendam. Non enim sumuntur hæc à motione, atque essentiâ causæ. Sic enim idem semper remedium assumeretur, velut in quolibet initio morbi, detractio sanguinis. Nec is qui dixit, " (inchoantibus morbis si quid videtur movendum, move: Vigentibus quiesce) à morbi tempore permotus remedia abnunciavit: Probè enim nôrat, facultatem ad initia morbi intactam esse, nec proinde obstare, nè remedium sumas: In vigore autem, quum delassata jam sit, remediorum ferre agitationem non posse. Non igitur à tempore Hippocrates, sed à facultate impulsus, remediorum abjudicat assumptionem. Neque verò ex intermissione, quæ morbi temporibus intervenit, (ut quidam volunt) remedii tempus exquiritur. Nam si intermissiones plurimùm distent, qualium remediorum acceptionem suadeat intermissio, nè dici poterit. Itaque universalium remediorum tempora,

τῶν — Ba. μᾶ. — † 2. Aph. 29.

cùm ex eorum præsentia, quæ remedia flagitant; tum ex absentia ejus, quod impedire potest, accipiuntur: (quorum illa sunt causæ: hoc autem, imbecillitas virium.) Particularium verò tempora non modò ex his, verùm ex aliis etiam quæ scriptis delineari nequeunt. Quoniam enim in remissionibus remedii ferè accipiuntur, (tunc enim una adest, quod flagitat, faciléq; facultas fert) in omnibus haud idem remissionis reperitur spatium. Verùm esto, putà, intervallum horarũ sex. Ex his igitur horis, temporibus, quod tandem pro particularis remedii tempore, statuemus, cùm singuli ægrotantes aliter aliterq; habeant se? Fac enim conditio sectionem postulet venæ, neque refragetur facultas: quantum ad ægrum hunc, venam tantùm aperire est opus: cuidam verò post sectionem venæ etiam cibus dandus; quòd inediam ille non ferat: alteri à cibo abstinere expedit. Nonnulli ante sectionem indigent somno, alii aliter: quæ singula, non est, ut scriptionibus mandent. Itaque in tanta varietate quotam tu horæ partem statues pro remedii tempore, quod cuique convenit, aut quem tibi scopum describes, ex quo particulare sumatur tempus, nè dici quidem potest; siquidem alia aliis subinde evenerint. Quoniam ergo nec omnium remissionum, in quibus remedia sumuntur, æqualia sunt spatia, nec conditiones ægrorum similes, nec symptomata eadem; penésque horum singula particularis etiam remedii variatur tempus: efficitur, certum scopum, ex quo sumatur tempus, delineari non posse. Verùm curationi qui præest Medicus, cùm ex præsentibus remediúmq; postulantibus inductus, tùm ex eorum, quæ impedire possunt, absentiâ, & remediorum, quæ deinceps assumenti utilia sunt, colle-

τὰ βοηθήματα [ταῦτα δ' ὅτι τὰ αἴτια] καὶ ἐκ τῆς ἀπουσίας, τὸ κωλύσον δυναμένου· τοῦτο δ' ὅτιν ἀδένεια δυνάμεων. οἱ δὲ [ὁπὶ] τῆς ὁπὶ μέρους βοηθημάτων καιροὶ, οὐκ ἐκ τούτων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἑτέρων, ἄφορ γράφεσθαι ἀδύνατόν ὅτι. ἐπεὶ γὰρ μάλιστα μὲν ἐν ταῖς ἀνέσεσι παραλαμβάνε) τὰ βοηθήματα, [" καὶ γὰρ ἡ τὸ ἀπαιτῶν πάρεσιν, ἢ ἡ δύναμις ἀνέχε)] ἐ τὸ αὐτὸ τῆς ἀνέσεώς ὅτι διάστημα ὁπὶ πάντων. ἀλλ' ἔστω γε ἓξ ὡρῶν, τὸ διάστημα τῆς ἀνέσεως· ποῖον οὖν πνα τούτων τῶν ὡρῶν τάξωμεν καιρὸν τῷ ὁπὶ μέρους βοηθήματ☉, ἢ ὁμοίως ἁπάντων διακελεύων" ἔστω γὰρ ἀπαιτεῖν τὴν φλεβοτομίαν, καὶ ἡ δύναμις μὴ ἐναντιέται· ὅσον ὁπὶ τούτῳ γε καιρὸν παραλαβεῖν τὴν φλεβοτομίαν. ἅμα δέ πνι μετὰ τὴν φλεβοτομίαν καὶ τροφὴν παρασκευάσαι, διὰ τὸ μὴ φέρειν ἀσιτίαν τὸν κάμνοντα, ἑτέρῳ δ' ἀσιτῆσαι συμφέρει, "ἄλλοι δ' ὕπνου περὶ τῆς φλεβοτομίας δέονται, "ἄλλοι δ' "ἄλλως· ἄφορ ἅπαντα ἀναγράφειν ἐστὶν ἀδύνατον· ἐν οἷς τοσαύτη ποικιλία, ποῖόν τις μέρ☉ ὥρας, καιρὸν ἁρμόζοντα πᾶσιν ἐκτάξει βοηθήματι, ἢ ποῖόν τις σκοπὸν ἀναγράφοι, ἐξ ἧς λημθεὶς ἂν ὁ ὁπὶ μέρους καιρὸς, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν· "ἄλλα γὰρ ἐπ' "ἄλλων τὰ συμπίπτοντά ὅτιν. ἐπεὶ τοίνυν καὶ τὰ διαστήματα τῆς ἀνέσεων, ἐν οἷς παραλαμβάνομεν τὰ βοηθήματα, οὐκ ἴσα ὁπὶ πασῶν ἀνέσεων, καὶ αἱ παρατάσεις ἀνόμοιαι, καὶ τὰ συμπτώματα διαφέροντα· καθ' ἕκαστον δ' τούτων ἐξαιρέτως καὶ ὁ ὁπὶ μέρους καιρὸς τῶ βοηθήματ☉· δῆλον ὡς ἀναγράφειν μὲν σκοπόν πνα, ἐξ ἧς λημθεὶς ἄν, ἀδύνατόν ὅτιν. ὁ δ' ἐπιτηδείως, ἐκ τῆς παρόντων τε καὶ ἀπαιτούντων τὰ βοηθήματα ὁρμώμεν☉, καὶ ἐκ τῆς ἀποσίας τῆς ἐμποδίζειν δυναμένων, καὶ ἐκ "συλλογισμῶν τῶν μετὰ τοῦτο ὠφελούντων παραλαμβάνεσθαι βοηθημάτων, ἐκλήψε)

[Del.]

" τὸ

" μᾶλλον

" συλλογῶν

ἐκλήψεσθαι σοφὸν ἂν ἐπὶ μέρους χρόνων τὰ βοηθήματα, μή ποτε ἐν σκοπαῖς ὑποστάσεις· ἃ διαφέρουσι. ἐπεὶ ἔν οἱ σκοποὶ, ἐξ ὧν μὲν οἱ καθόλου χρόνοι τῶν βοηθημάτων λαμβάνονται, ἀναγράφονται· ἐξ ὧν δ' οἱ ἐπὶ μέρους καταλαμβάνονται, ἀναγράφεσθαι οὐ δύνανται· διὰ τοῦτ' εὐλόγως λέγοιτο, τῶν μὲν καθόλου βοηθημάτων τοὺς χρόνους ἀναγράφεσθαι, τῶν δ' ἐπὶ μέρους, μηκέτι. τούτου δὲ φανερὰ γιγνομένου, δῆλον αὖ εἴη καὶ τοῦτο ἡ διαφορὰ τῶν ἐπὶ τὰ νοσήματα χρόνων, καὶ τῶν ἐπὶ τὰ βοηθήματα. εἰ γὰρ μὴ ὑποστάσει διάφορον, ὁμοίως ἂν τοῖς τῶν νοσημάτων χρόνοις καὶ οἱ τῶν βοηθημάτων ἀμφότεροι ἀναγράφεσθαι ἐδύναντο. διαφερόντων δὲ τῶν σκοπῶν, ἐξ ὧν οἱ χρόνοι λαμβάνονται, ἐπὶ πολὺ καὶ τοὺς χρόνους διαφέρειν ἀνάγκη, δῆλον. ὡς γὰρ οἱ σκοποὶ τῶν ἐπὶ τὰ νοσήματα χρόνων ὑποστάσει διαφέρουσι τῶν ἐπὶ τὰ βοηθήματα σκοπῶν, οὕτω καὶ αὐτοὺς τοὺς χρόνους ὑποστάσει διαφέρειν πιθανόν ἐστι. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν χρόνων ἐκθεῖναι πεφροντίσθω.

tionē, de particularibus remedii temporibus faciet conjecturam, nunquid uſpiam reipſâ non diſſentiant ſcopi. Quoniam igitur ſcopi, ex quibus univerſalia remedii ducuntur tempora, delineari poſſunt, ex quibus autem particularia, non item; non injuria affirmant, univerſalia remediorum tempora deſcribi poſſe, particularia non poſſe. Hoc igitur cùm planum ſit, illud quoque indidem liquet, quæ temporum in morbis, quæ in remediis ſit diſſenſio. Hæc enim ni re ipſa diſcreparent, nec utraque morborum tempora, ut neque remediorum conſignari literis poſſent. At ſcopis, ex quibus ſumuntur tempora, diſſidentibus, etiam tempora ipſa longiſſimè diſcrepare par eſt. Vt enim ſcopi temporum, cùm in morbis, tum in remediis re ipſa diſtant; ità tempora etiam re ipſa ſejungi credendum eſt. Atque hæc quidem par erat de temporibus prævidiſſe.

CAP. XXVI.

Quòd morbi tempora non indicent.

Ἐνδείκνυσθαι δὲ τοὺς χρόνους οἱ Μεθοδικοὶ ᾠήθησαν διὰ τοιαύτης τινὸς αἰτίας· ἑωρῶν τοὺς χρόνους μὴ πάντας ἐπιτηδείους ὄντας πρὸς φαρμάκου ἢ τροφῆς ἢ βοηθήματος, ἅμα καὶ μὴ χρήσιμους τινὰς ὠφελίμως ταῦτα παραλαμβανόμενα, κατ' ἄμφω δὲ τινὰς ἐπιβλαβῶς ᾠήθησαν καὶ τὴν διαφορὰν τῶν χρόνων τούτῳ ἀπαντᾶν. αὐτόθεν οὖν καὶ σκοποὺς ἔσχον τῆς καὶ βοηθημάτων χρήσεως ἐπελάβοντο). ἔσχε πάντως δὲ καὶ τὸν Θεσσαλὸν Ἱπποκράτης εἰπών, † "ὁπόταν ἀκμάζῃ τὸ νόσημα, τότε καὶ τῇ λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρῆσθαι.

TEmpora autem indicare crediderunt Methodici, ob cauſas has. Ad cibi vel remedii aſſumptionem, non omne tempus idoneum videbant, ſed alia temporibus aliis commodè exhiberi, aliis noxiè. Putabant huic ſc. ambiguitati ex temporum diſtinctione ſe occurrere. Proinde & ſcopos cibandi & remediorum tempora ex eodem fonte ducebant. Theſſalo etiam impoſuit Hippocratis dictum; "cùm morbus ad ſummum aſcenderit, tunc etiam tenuiſſimo victu utendum.

† 1 Aph. 8

Nam suspicatus eum est, quasi tempore inductum, alimenti qualitatem sumpsisse, neque tanti authoris consilium, quo scripsit, animadvertit. Non enim ille sibi tempus pro scopo instituens, rationem hanc reperit victus; verùm à tempore, facultatis mensuram, à facultate, alimenti qualitatem accepit. Hoc autem ex sequentibus palàm faciens "unâ (inquit) conjectandum est, an æger tali dietâ sit persticurus. Nam tempora sæpe accipere prohibent, quod postulant vires; quid autem faciendum sit, nè subindicant quidem. Quoniam igitur id rei postulatæ scopus est, quod postulat, non quod, eam nè sumas, impedimento est: idcircò morbi tempus, quod nobis aliquando, nè sumamus, in mora est, scopus esse non potest. Nam si quis omnia, quæ impedire valent, pro scopis statuat, etiam ægri facultatem pro evacuandi scopo, & timiditatem quoque posuerit, & Patrem & Dominum. Hæc enim corporis inanire plenitudinem sæpe prohibent, & facultas sc. subtractionem non ferens, & ægri prætimentis detrectatio, & patris, fratris, dominive interdictio Sicut igitur hæc pro scopis nemo posuit sanus: ità nec morbi tempora, quòd sæpe remediis, sæpe cibis uti prohibent, appellabimus scopos. At enim inquies, "inscitè ergo Hippocrates, "inter initia morborum si quid videtur movendum, move. Vigentibus autem quiescere satius est. Immo nihil is inscitè. Neque enim principium morbi pro scopo instituens, inter initia morborum, remedia vult exhiberi; sed ab ipso initio & vires nondum imminutas esse observat, & eas conjectatur facilè posse evacuationem ferre. Cæterùm morbi

ὑπολαβεῖν γὰρ αὐτὸν ἐκ τοῦ καιροῦ ὁρμώμενον τὴν ποιότητα τῆς τροφῆς εἰληφέναι, μὴ σαφῶς ἑωρακότα τὸν τρόπον τῆς ἀνδρὸς ὑποβολῆς. ὁ γὰρ καιρὸν σκοπὸν ποιούμενος, τὴν τοιαύτην ἐζήτησε προσφοράν, ἀπὸ μὲν καιροῦ τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως, ἀπὸ δὲ τῆς δυνάμεως τὴν ποιότητα τῆς τροφῆς εἴληφεν". τοῦτο δὲ σαφὲς ἐξ ὧν ὑπέρεσι πεποίηκε. † ἐν σωτευκαιρεσὶ γὰρ ἔφη τὸν νοσέοντα, εἰ ἐξαρκέσει. καλύουσι μὲν γὰρ οἱ καιροὶ πολλάκις παραλαμβάνειν τὸ ἀπαιτούμενον ὑπὸ δυνάμεως· ἐνίοτε δὲ καιροὶ ὑποδείκνυσι τὸ ποιητέον. ἐπεὶ ἓν τὸ μὲν ἀπαιτητικόν τινος σκοπὸς ὅτι τὸ ἀπαιτούμενον, τὸ δὲ κωλύον" ἡμᾶς παραλαβεῖν τὸ ἀπαιτούμενον, οὐκ ἂν εἴη σκοπός· διὰ τοῦτο καὶ ὁ καιρὸς κωλύων ἡμᾶς ἔστιν ὅτε παραλαμβάνειν τὸ ἀπαιτούμενον, οὐκ ἂν εἴη σκοπός. εἰ γάρ τις τὰ κωλυτικὰ πάντα σκοποὺς θήσεται, καὶ τὴν δύναμιν σκοπὸν κενώσεως ἀναλαμβάνοντες λέγειν ἔχει), καὶ δὴ δειλίαν τὸν κάμνοντος, καὶ πατέρα, καὶ δεσπότην. καὶ γὰρ ταῦτα πολλάκις πλήθους ὄντος κωλύει παραλαμβάνειν κένωσιν, καὶ δύναμις μὴ φέρουσα τὴν ἀφαίρεσιν, καὶ διὰ δειλίαν ὁ νοσῶν μὴ ἐπιτρέπων, καὶ πατὴρ κωλύων, καὶ ἀδελφὸς, ἢ δεσπότης. ὥσπερ οὖν ταῦτα σκοποὺς οὐκ ἄν τις εἴποι νῦν ἔχων, οὕτω οὐδὲ τοὺς καιρούς, διότι βοηθήμασιν, ἢ προσφοραῖς χρῆσθαι κωλύουσιν ἡμᾶς πολλάκις, σκοποὺς φήσομεν εἶναι). κακῶς οὖν, ἐρεῖ τις, φησὶν ὁ Ἱπποκράτης, † ἐν ἀρχῇ τῶν νόσων, ἴσως τι" δοκεῖ κινέειν, κίνει· ἀκμαζουσῶν δ', ἡσυχίην ἄγειν βέλτιόν ἐστιν· ὁ κακῶς φήσομεν· ὁ γὰρ τὴν ἀρχὴν σκοπὸν ποιησάμενος ἀξιοῖ, κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν νοσημάτων τὰ βοηθήματα προσφέρειν, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ὅτι μηδέπω μεμείωται τὰ μέρη τῆς δυνάμεως, σημειούμενος, καὶ ὅτι φέρειν δύναται τὴν ἀφαίρεσιν, τεκμαιρόμενος. ἡ δὲ ἀκμὴ ἀδένειαν

"—φέναι
† 1. Aph. 9.

"ὑμ—

† De vict. Acut. initio
"Hip. loco 2. Aph. 29

ἀδένειαν ὑπαγορεύει τ δωάμεως. κ) γὸ τὰς ἀκμὰς ἰσχυρὰ μὴ τὰ αἴτια, ἀδενὴς ἢ ἡ δωάμις· διὰ τοῦτο "ἡσυχίαν ἄγειν ἀξιοῖ. δοξειε μὴ γὸ ἂν λεγόντι ἔ), κ) τὰς ἀκμὰς τ νοσημάτων, ὁπότε μάλιστα ἐνισχύει τὰ αἴτια, τ φειρήσειν αὐτῶν πειρᾶς· ἐπὶ ἦν μὴ ἰσῶ πάντα ἀβλαβές. τὸ βοηθημα προσφέρειν, τοῦτο ἂν ἐγλόετο. ἔχει ἢ οὐχ οὕτως· τὰ γὸ βοηθήματα πρῶτον μὴ ὅτι πάντα ἁπλᾶ φύσιν ὄντ, ἀνεξικάκως καὶ τὴν δωάμιν ἀβλαβεῖ προσφέρεται. δεύτερον δὲ ἐπιμιγνὴ [λυπεῖ] τὰ οἰκεῖα συμπέπλεκ) τοῖς νοσηροῖς αἰτίοις· κ) τὰς φειμένεις τ αἰτίων, οὐδὲν ἧσσον τ ἀλλοτρίων, ἢ τ οἰκείων μείωσις γίνεται. πρῶτον ἢ δεῖ πρὸ φύσιν τ βοηθημάτων, κ) τίνα χρείαν, ἣν παρέχ), μὴ ἀγνοεῖν. τὰ γὸ βοηθήματα καθ' αὑτὰ, οὐκ οἷά τέ ὄστι πρὸς τὴν τ αἰτιῶν ἀναίρεσιν, δεῖται ἢ συνεργάσης τῆς φύσεως· καὶ σφόδρα μόνην τὴν ἀφορμὴν κ) τὴν ἀρχὴν τῇ φύσει ἐνδίδωσι· τὰ ἢ λοιπὰ ἡ φύσις δι' ἑαυτῆς ἐκτελεῖ. ἰσχυρὰ μὴ ἔν ὑπάρχουσα, κ) τ τῶν βοηθημάτων κακίαν ἀνέχε), κ) τὴν τῶν οἰκείων φειαίρεσιν εὐφόρως φέρει, κ) τὰ λυποῦντα αὐτὴν ἐξωθεῖν δωάτ). θλιβομένη δὲ, ὅσῳ συμβαίνει κ) τὰς ἀκμὰς μάλιστα, ὑπὸ τῶν προσφερομένων βοηθημάτων μᾶλλον κακοῦται, κ) ὑπὸ τῆς τῶν οἰκείων φειαιρέσεως ἀσθενεστέρα γίνεται, κ) ὑποπίπτει μᾶλλον τοῖς αἰτίοις, καὶ ἐξωθεῖν τὰ νοσάζοντα κατ' οὐδένα δωάται τρόπον. ὅταν ἢ ἡ φύσις ἐπιτείνηται, τὰ λυποῦντα ἐξῶσαι μὴ δυνηθῇ, μεγάλως ὑπ' αὐτῆς τῆς ἐντάσεως ἐκλύεται. διὰ ταῦτα τοίνυν κ) τὰς ἀρχὰς τῶν νοσημάτων, ὁ Ἱπποκράτης, † ὧν τι δέη κινεῖν, κινεῖν ἀξιοῖ, κ) ἢ τὰς ἀκμὰς ἡσυχίλω ἄγειν.

vigor, facultatis prodit imbecillitatem. Per vigores enim causæ validæ, facultas infirma; & proinde "quietem nos agere jubet. Nam rationi consentaneum videri poterat, per morbi vigorem, cùm maximè accreverint causæ, easdem eradicare. Quòd si innoxium tunc foret remedium admovere: id fieri oporteret: At non ità habet. Nam remedia primò, quia cuncta præter naturam sunt, facultatem, cùm adhibentur, necessario vexant. Deinde, quia naturalia morbificis causis permixta sunt, in iis extirpandis nihilo minor fit vitiosorum imminutio, quàm & naturalium. Imprimis autem nec remediorum natura, nec utilitas, quam præbent, nescienda est. Nam causas remedia profligare nequeunt per se, sed commilitone naturâ indigent, eique solùm (ut ità loquar) impetum inserunt, initiúmque movendi; reliquum ipsa per se absolvit natura. Quæ si robur acquisierit, remediorum patitur offensas, & facilè propriorum bonorum imminutionem fert, & ea potest, quæ ipsi cruciatum afferunt, amoliri. Sin gravius sit perculsa, (quod maximè in vigoribus usu venit) etiam ex oblatis afflictatur remediis, proprióque peculio devastato infirmior fit; & causis nocentibus succumbit magis, nullóque pacto potest auctores morbi dimovere. Quando autem vehementiori vi arrecta, causas illas amovere nequit, omnino ex ipsa (ut fit) contentione frangitur. Quæ quia sic habent, per initia, si quid videtur, movere jussit Hippocrates, per vigores quietem agere.

[Del] v Ad. καὶ

† 2. Aph. 29.

Cap. XXVII.

Quòd vires non indicent remedia, sed cibum.

ET forsitan ex his facultatem ægri juvantia dictare credas: quam tamen jam disces, nè posse quidpiam remedii indicare. Si vegeta ægrorum facultas remedium indicet, etiam in sanis indicabit, quia vegetior est. At in corporibus sanis nil efficit tale: Neque in ægrotis igitur, quamvis probè temperata, indicabit. Quoniam ergo, in quibus indicârit facultas, nisi adsit id, quod juvantia postulat, remedium non admittimus; perspicuum certè est, remedium à facultate indicari nullum. Nam scopum indicare quæ adsunt debent: Prohibere autem (ut dixi) nè postulatum accipias, facultas potest; verùm scopus remedii istud non est. Quam autem vicem in dandis remediis facultas obit, eandem in cibis morborum tempora: Atque ut causæ postulantes ad remedia sese habent, ità ad alimentum etiam facultas. Quod autem frugaliorem victum facultas postulet, non tempus, ex morbi extensione intelligitur: quia convalescentibus parciorem apponimus cibum, qualem eorundem facultas postulat. Quòd si extensio morbi parciorem indicet victum, convalescentes certè ad saturitatem expleri oporteret. Vbi enim abest scopus, qui modicum subindicat cibum, nè is qui, quod minimè postulatur, assumat, perridiculus sit. At principium (aiunt) subtractionem cibi indicat. Esto. Constat igitur, quibuslibet ægris (ut siqui Vitilagine, aut Alpho laborant) inter initia subtrahendum esse, usque ad extensio-

Ἆρα οὖν ἐκ τούτου τὴς ἐνδείξεως τὴν δύναμιν ὑπαγορεύειν τὸ συμφέρον. μάθοι δ' ἄν τις, ὅτι μηδὲν ἡ δύναμις δείκνυσι βοήθημα, διὰ τοῦτων. εἴτε γὰρ ἡ δύναμις αὐτάρκης ὑπάρχουσα βοηθημάτων ἐνδείκνυσι, ὅτι τοῖς ὑγιαινόντων, διότι αὐτάρκης ὄζιν ἐνδείξεως τὸ βοήθημα· ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ὅτι τοῖς ὑγιαινόντων βοήθημα ἐνδείκνυσι· οὐδ' ἄρα ὅτι τοῖς νοσούντων καὶ ἡ σύμμετρος συμφέρον ἐνδείξεως. ἐπεὶ τοίνυν, ἐφ' ὧν ἐνδείξεως δύναμις, πάρεστι [δὲ] τὸ ἀπαιτοῦν, ἃ παραλαμβάνομεν βοήθημα; δῆλον δή, ὅτι οὐδὲν ἐνδείκνυσι συμφέρον ἡ δύναμις. δεῖ γὰρ τοῦ σκοποῦ τὰ παρόντα ἐνδείκνυσθαι. "τὸ δὲ κωλύσαι μὴ, ὡς ἔτυχε, τὸ ἀπαιτούμενον παραλαβεῖν, ἡ δύναμις δύναται, σκοποῦ δὲ βοηθήματος ἐκτός ἐστιν. οὐ δὲ λόγον ἡ δύναμις ἔχει ὅτι τοῦ βοηθημάτων, τοῦτον ὅτι τοῦ τροφίμων οἱ καιροί. οὐ δὲ ὅτι τοῦ βοηθημάτων ἔχει τὰ ἀπαιτοῦντα ἅπαξ, τοῦτον ὅτι τοῦ τροφῶν, ἡ δύναμις. ὅτι δ' ἡ δύναμις τοῦ ὀλίγου τροφίμου ἀπαιτεῖ, καὶ ἔχει ὁ καιρὸς, ἡ ὄπτασις δῆλοι, ἐξ ὧν τοῖς ἐξ ἀῤῥωστίας ἀναλαμβάνουσιν ὀλίγου τροφὴν προσφέρομεν, ἣν δὴ ἀπαιτεῖ ἡ δύναμις· εἰ δέ γε ἡ ὄπτασις τοῦ ὀλίγου ἐνδείκνυται τροφοῦ, ἔδει τούτοις ἂν ἐμφορεῖσθαι. μὴ γὰρ παρόντος τοῦ ὑποδεικνυωτος τοῦ ὀλίγου τροφοῦ σκοποῦ, γελοῖος ὁ παραλαμβάνων τὸ μὴ ἀπαιτούμενον· ἀλλὰ τοῦ ἀρχὴν ἐνδείκνυσθαί φασι τὸ δεῖν συστέλλειν. ὅτι πάντων ἦν δῆλον, ὅτι τοῦ συστολοῦ φυλαττόμεθα κατ' ἀρχάς, καὶ ὅτι τῶν τοὺς ἡφροὺς καὶ τὰς λάικας ἐχόντων, μέχρι τῆς ὀπτάσεως. φλεγματι-

νόσης

νόσης δ' ὅτι χρόνον τῆς ἀρχῆς, δῆλον, ὅτι καταπακίτε) ὁ τῇ τοιαύτῃ ἀγωγῇ χρώμενος. ἀλλ' ἴσως φήσουσιν πρὸς ἡμᾶς, διὰ ποῖαν αἰτίαν, ὑμεῖς ἐν ἀρχῇ, φέρε, τοῖς πλειπνευμονικοῖς, καὶ τοῖς ὁμοίως τούτοις νοσοῦσιν ὀξέως, [κατ' ἀρχὰς] ἐπιφορήσετε; καίτοι κατ' ἀρχὰς ἡ δύναμίς ἐστιν ἱκανή. ὅτι, φήσομεν, κωλύει ἡμᾶς προσφέρειν ὁ καιρὸς, ἀπαιτοῦσης τὴν δυνάμεως. ἐχὶ συλλήγδην ἂν ἐνδείκνυ) ἀλλ' ὅσῳ ἀπαιτῇ ἡ δύναμις, ἐκ τοσούτου ἡμᾶς προσλαμβάνειν, ἐνδεικτικὸν τοῦ ἐναντίου ἐκ ἄν τις ἀλόγως θείτο. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἄλλοι καιροὶ κωλύουσιν, ἢ ὅσῳ πρέπουσι χρῆσθαι τοῖς ἀπαιτουμένοις· ἔστι δὲ μᾶλλον ἢ ἧττον ἐν αὐτοῖς ἡ δύναμις ἠμείφθαι· ἃ μόνοι αὐτὴ ἐνδείκνυταί τι συμπέρον. ὅταν δὲ λέγωσι, τὴν μὲν ἀκμὴν ὀλίγων ἀπαιτεῖν τροφῶν, τὴν δὲ παρακμὴν ποικιλωτέραν, πυνθανέσθαι δεῖ αὐτοὺς, πῶς χρήσονται τοῖς σκοποῖς, ἂν δύο τινὲς ὦσιν οἱ νοσοῦντες, ὁ μὲν ὑπὸ πλειπνευμονίας καὶ ἐν ἀκμῇ, ὁ δ' ὑπ' ὀφθαλμίας, ἔτι δ' ἀκμάζει τὸ νόσημα; πότερον τῷ πλειπνευμονικῷ, πλείονα δαρσήσουσι δοῦναι καὶ ποικιλώτερα, μᾶλλον, τῷ ὑπὸ ὀφθαλμίας ἐνοχλουμένῳ; μὴ ἂν δαρρήσειαν προσενεγκεῖν τὴν ποικιλωτέραν τροφήν. εἰ δὲ τοῦτο, δῆλον, ὡς ἐκ ὀλίγων καιρῶν ἡ ποικιλία καὶ ἡ ὀλίγη τροφὴ λαμβάνει), ἀλλ' ἐκ τῶν μέτρων τῆς δυνάμεως.

nem. Diutiùs autem si perseveret principium, qui tali excipitur victu, sine dubio contabescet. At objicient (credo) in phlegmone pulmonum, morbísque id genus acutis, cur pastum vos à principio interdicitis, cùm tamen adhuc etiam constant vires? Respondeo; quia tempus nos exhibere prohibet, facultate interim efflagitante. Principium igitur non substractionem indicat, verùm quia sumere nos vetat, quod poscit facultas, contrarii indicans appellari meruit. Ad eundem modum & alia tempora impediunt, vel sinunt postulatis uti: prout in ipsis magis minúsve mutatur facultas; quanquam hâc ipsâ nihil indicatur juvans. Quando autem à vigore inquiunt perpaucas postulari escas, à declinatione complures: Rogandi mihi sunt; si duo paritèr ægrotent, alter ex pulmoniâ & in declinatione: alter ex lippitudine, atque in vigore. Quomodo illi suis utentur scopis? Num plura & largiora pulmoniaco exhibuerint, quàm lippienti? Non opinor ausint copiosiora apponere. Quapropter si id ità est, palàm fit, alimenti copiam paucitatémque, non à temporibus morbi, sed à virium mensurâ deprehendi.

CAP. XXVIII.

Quòd tempora nec quantitatem, nec qualitatem ciborum indicent.

Ἀπορήσειε δ' ἄντις καὶ κεῖνο, πῶς οἷόν τε τὸν καιρὸν τοῦ νοσήματος, ποτὲ μὲν τὴν ποσὸν, ποτὲ δὲ τὴν ποιὰν τροφὴν ἐνδείκνυσθαι· καθὼς ἀξιοῦσιν οἱ Μεθοδικοὶ, ποτὲ μὲν τὴν διαφορὰν ἐνδείκνυσθαι τῶν βοσημάτων, ποτὲ δὲ τὴν διαφορὰν ἀπαιτεῖν

SEd ambigerit fortasse quis: quo pacto morbi tempora modò quantitatem cibi, modò qualitatem indicare censeant. Ea enim opinantur Methodici quando remediorum indicare differentias, quandoq; varietatem ciborum poscere.

cere. Quando enim aiunt, à vigore parciorem requiri victum, à principio indulgentiorem, à declinatione copiosiorem; quantitatem qualitatémque cibi à temporibus indicari autumant: Quando autem " principium indicare aiunt, ut augmentum prohibeas; augmentum, ut placidè comprimas & laxes; statum, ut ad leniendum inclines; declinationem, ut solutioni incumbas, remediorum varietatem nonne fatentur à temporibus postulari? Quomodo igitur non absonum dictu, eandem rem, quæ nihil differentiæ assumpsit, idem, diversúmque indicare? Sed contra hæc illi forsan: Apud Rationales etiam ab eodem indicari diversa. Nam Bilis extra vasa ruens, quia nocet ablationem indicat sui. Verùm his ità nos: Ablationem sui duntaxat indicare bilem: at modos ablationis dari complures: Aut enim detrahimus, aut contemperamus. Deinde Bilis (inquam) alio alióque respectu diversorum indicativa apparet. Quatenus enim gravat, expulsione indicat: quatenus mordet, attemperationem. At tempora, quibus talis differentia nulla est, quomodo postulent diversa, nunquam explices. Quòd autem nec alimenti qualitas quantitásve à tempore indicetur, vel hinc intelliges. A quo indicatur genus, necessariò id indicat etiam qualitatem generis: Differentiâ enim semotâ, indicantium quodque, postulatæ rei genus indicat; assumptâ verò, indicaret id, quod in eodem genere diversum est. Quoniam igitur facultas indicat alimenti genus, etiam quantitatem ejus, qualitatémque indicat; nam citra differentiam alimenti genus indicat: eam autem si assumeret, illud indicaret, quod in eodem genere diversum est.

τῶν " βρωμάτων. ὅταν γὰρ φῶσι, τῷ μὲν ἐπίδοσιν ὀλίγῳ ἀπαιτεῖν προφῷ, τῷ δ' ἀρχῇ φιλανθρωποτέραν, τῷ δὲ σχήματι ποικιλωτέραν, τῷ τε ποιότητα καὶ ποσότητα τῆς τροφῆς ἐνδείκνυσθαι τοὺς καιροὺς τῶν νοσημάτων φασίν. ὅταν δὲ φῶσιν, ἡ μὲν ἀρχὴ κωλύειν αὔξεσθαι ἐνδείκνυται, ἡ δ' ἐπίδοσις τὸ ἀφειέρως στέλλειν καὶ χαλᾶν, ἡ δ' ἀκμὴ, ὅτι τὸ παρηρεικώτερον ἄγειν, ἡ δὲ σχήσις, τὸ σωπεργεῖν τῇ λύσει, διαφερὰν τῶν βοηθημάτων τοὺς καιροὺς ἀπαιτεῖν ὁμολογήσουσι. πῶς οὖν οὐκ ἄτοπόν ὅτι λέγειν, τὰ αὐτὸ διαφέροντε μηδεμίαν διαφορὰν προσειληφὸς, ἐνδείκνυσθαι; πρὸς τοῦτο δ' ἐρεῖσιν ἴσως, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ λογικοῖς τὸ αὐτὸ τὰ διαφέροντα ἐνδείκνυσθαι. ἡ γὰρ χολὴ σχήματι, τῷ προαιρέσιν ἑαυτῆς βλάπτουσα ἐνδείκνυσθαι. ῥητέον δὲ πρὸς αὐτοὺς, ὅτι τῷ ἀναίρεσιν ἑαυτῆς ἡ χολὴ μόνον ἐνδείκνυσθαι· πλείονες δὲ τρόποι ἀναιρέσεως. ἢ γὰρ περιαιρεῖται ἢ κατακιρνᾶται αὐτῷ. ἔπειτα δὲ ἡ μὲν χολὴ, φήσομεν, κατ' ἄμφω διαφόρων φαίνεσθαι ἐνδεικτική· καθὸ μὲν γὰρ βαρεῖ, τὴν προαίρεσιν [ἐνδείκνυσθαι] καθὸ δὲ δάκνει, τῷ κατάκρασιν. οἱ δὲ καιροὶ ὐδεμίαν τοιαύτῳ διαφορὰν ἔχοντες, πῶς ἂν ἀπαιτοῖεν τὰ διαφέροντα, οὐκ ἔσιν εἰπεῖν. ὅπ δὲ καιρὸς οὐκ ἐνδείκνυσθαι ποιότητα τροφῆς ἢ ποσότητα, μαθεῖν ἐντεῦθέν ἔστιν· ὅσῳ ἐνδείκνυσθαι τὸ γένος, τοῦτο καὶ τὴν ποσότητα ἀναγκαῖόν ἔστιν ἐνδείκνυσθαι. αὐτὰ μὲν γὰρ διαφορᾶς ἕκαστον τῶν ἐνδεικνυμένων, τὰ ἀπαιτούμενου γένος ἐνδείκνυσθαι, διαφορὰν δὲ προσειληφὸς τὸ αὐτῷ γένει διαφέρον ἐνδείξεσθαι. ἐπεὶ οὖν τὸ γένος τῆς προσφορᾶς ἐνδείκνυσθαι, κατ' ἐκείνου ἡ δύναμις καὶ τὴν ποσότητα καὶ τὴν ποιότητα ἐνδείξεσθαι. χωρὶς μὲν γὰρ διαφορᾶς τὸ γένος τῆς προσφορᾶς ἐνδείκνυσθαι, διαφορὰν δὲ προσειληφὼς καὶ τὸ ἐν τῷ γένει διάφορον ἐνδείξεται. φαίνεσθαι

" βοηθημάτων

φαίνεται ὁ καὶ Ἱπποκράτης σκοπὸν τῆς ποσῆς τροφῆς τὴν δύναμιν ποιῶν, δι' ὧν, † "τὰ αὐξανόμενα πλεῖον ἔχει, φησὶ, τὸ ἔμφυτον θερμόν· πλείστης οὖν δεῖται τροφῆς· εἰ δὲ μή, τὸ σῶμα ἀναλίσκεται· καὶ τὴν ποιότητα ὁπόταν τῆς κατὰ δύναμιν διαφορᾶς λαμβάνειν δῆλός ἐστι· φησὶ γάρ που· † σίτῳ νέοισι μὴν ἄκρως, ἀκμάζοισιν ἀμεταβλήτῳ, γέρουσι δ' ἐς τέλος μεταβεβλημένῳ. ἐκ τούτων μὴν οὖν φανερόν ἐστιν, ὡς ἡ δύναμις, ἀλλὰ μὴν διαφορᾶς, τὸ γένος τῆς προσφορᾶς ἀπαιτεῖ, μετὰ διαφορᾶς δὲ, τὴν ποιότητα· καιρὸς δ' ἔστε ποιότητα τροφῆς ἐνδείκνυσθαι, ἔστε ποσότητα. ἔτι τοίνυν, εἴπερ οἱ καιροὶ τῶν νοσημάτων ἐνδείκνυνται τὴν ποιότητα, καὶ τὴν ποσότητα τῆς τροφῆς, ἔστι ἐπὶ τῇ αὐτῶν ὑπομονῇ ἤτοι ἐπὶ τῇ ἀναιρέσει τοῦτο ἐνδείξονται. τὸ γὰρ ἐνδεικνύμενον ἢ τὴν τήρησιν ἑαυτοῦ, ἢ τὴν ἀναίρεσιν ἐπιδείκνυται. εἰ μὲν τοίνυν τὴν ἔνδειξιν οἱ καιροὶ τῆς ποσῆς καὶ ποιᾶς ποιοῦνται τροφῆς, κατὰ τὸ διαμένον, πῶς οὐ γελοῖόν ἐστι λέγειν, τὴν ποσὴν καὶ ποιὰν τροφὴν προσφέρειν, ἵνα σωτηρίσωμεν τοὺς καιροὺς τῶν νοσημάτων; εἰ δ' ἐπὶ τῇ ἀναιρέσει τῇ αὐτῶν τὴν ἔνδειξιν καιροὶ ποιοῦσι, δεῖ τὴν ποσὴν καὶ ποιὰν τροφὴν ἐναντιότητά τινα φαίνεσθαι πρὸς τοὺς καιροὺς ἔχουσαν. μόνα γὰρ τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων εἰσὶν ἀναιρετικά. τοῖς δὲ καιροῖς οὐκ ἔστιν οὔθ' ἡ ποσὴ, οὔθ' ἡ ποιὰ τροφὴ, ἐναντία· οὔτε ἀρχῇ, οὔτε ἐπίδοσις, οὔτε ἀκμῇ, οὔτε παρακμῇ. πλείοσι γὰρ τὸ αὐτὸ αἴτιον οὐκ ἐναντιοῦται. ἓν γὰρ, ἑνὶ πέφυκεν ἐναντιοῦσθαι μόνον. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον δείξομεν, μηδὲ τῷ τῶν νοσημάτων διαφορὰν ἐνδείκνυσθαι τοὺς καιροὺς τῶν νοσημάτων. εἰ γὰρ μήτε ἐπὶ τῇ ὑπομονῇ αὐτῶν τὴν ἔνδειξιν οἱ καιροὶ ποιοῦνται,

† 1. Aph. 14.

† De alimento, f. 3. lin. 33.

Hippocrates verò pro ſcopo quantitatis cibi, facultatem videtur ponere, ubi ait: "Corpora quoad augentur, plurimum calotis habent nativi: propterea plurimo alimento indigent: alioqui corpus eorum tabeſcit. Quia & qualitatem cibi ex facultatis differentia manifeſtè accipit, in illo "cibus juvenibus leviter parúmque coctus, ætate conſiſtentibus non mutatus, ſenibus verò exquiſitè immutatus. Ex his igitur palàm fit, facultatem abſque differentia, alimenti genus; eâdem aſſumptâ, qualitatem poſcere: tempus autem morbi, nec qualitatem cibi indicare, nec quantitatem. Amplius igitur; ſi morborum tempora, qualitatem alimenti indicent, vel quantitatem; aut hoc in conſervationem ſui, aut abolitionem facient: Nam indicans quodque aut ſui cuſtodiam, aut ſublationem indicat. Si ergo tempora indicationem quanti qualiſque alimenti faciant, quò permaneant; nonne hoc perridiculum dictu, tantum talémque nos cibum ingerere, quò morbi tempora retineamus? Si verò tempora in ſui interitum indicationem præſtent, tantum & tale alimentum temporibus oppoſitum videri neceſſe eſt. A ſolis namque contrariis extingui poſſunt contraria. Temporibus autem neque tale, neque tantum alimenti opponitur: neque enim principio, nec incremento, nec conſiſtentiæ, nec remiſſioni. Nam pluribus eadem cauſa non repugnat; ſiquidem naturâ unum, uni tantùm adverſari comparatum ſit. Eâdem hâc ratione oſtenderimus, nec à temporibus morborum differentias remediorum indicari. Illa enim ſi nec in durationem, nec in abolitionem

sui indicationem fecerint; (quia pluribus unum adversari nequit) nec alius restat indicandi modus; profectò à temporibus nihil quod juvat indicabitur. Sed & contrariorum naturam si quis expenderit, facilè perspiciat, nihil hic contrarium esse. Nam contraria sunt, quæ in eodem genere inter se plurimùm distant. At tempus & qualitas, quint táſque cibi sub eodem genere non collocantur. Quod igitur nec alimenti qualitas quantitasve, nec remediorum differentiæ à temporibus desumantur, satis superque monstratum est.

μή τε ἐπὶ τῇ αἱρέσει [διότι πλείοσιν ἂν ἧν ἰσχυρὸν ἐναντίον] καὶ ἄλλο πρόπον οὐκ ἔστιν ἐνδείξεως, δῆλον, ὡς οὐδὲν οἱ καιροὶ συμφέρον ἐνδείκνυται. ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν φύσιν τῶν ἐναντίων ἀποβλέψας τις εἴσεται, ὅτι μηδ' ἐναντίον. τὰ γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ γένους πλεῖστον ἀλλήλων ἀφεστῶτα, ἐναντία ἐστί. καιρὸς δὲ τροφῆς [ποιότητι] ἢ ποσότητι οὐκ ἐπὶ τὸ αὐτὸ τέτακται γένους. ὅτι μὴν οὖν οὔτε ἡ ποιότης, οὔτε ἡ ποσότης, οὔτε τὰς διαφορὰς, οὐδὲ βοηθημάτων ἀπὸ τῶν καιρῶν ἔστι λαβεῖν, αὐτάρκως ἡμῖν ἀποδέδεικται.

CAP. XXIX.

Principium non indicat prohibitionem augmenti.

EXplicandum restat, à principio non indicari id, quod augmentum prohibet: quod tamen contrà opinantur Methodici. Cùm enim plerique morbi simul atque incepérint, provehuntur ad statum, ut Apoplexia, morbique acuti; quid tandem illic à morbi principio indicari dixeris? Neque enim indicabitur, quod prohibebit augmentum: Tu enim morbum inquis unà cum principio vigorem obtinuisse: ergo in talibus aut nihil indicare principium dices, aut aliud quiddam, non id quod augmentum prohibet. At qui scopum nôrit, ut nihil indicari affirmet, perridiculum est. Sin aliud indicetur, quàm quod ipsi autumant, insciтè pronunciárunt, à morbi principio augmenti prohibens efflagitari. Sed omnis hic error ex altera illorum opinione falsa prodiit. Cùm enim quemvis putarent morbum per quatuor tempora transire; idque sibi ipsis pro certo ponerent; necessariò credebant effici,

ΝΥΝ δὲ ἐνδείξομαι τὴν ἀρχὴν μὴ τὸ κωλύον αὔξεσθαι μὴ ἐνδείκνυσθαι, ὅπερ ἐνδείκνυσθαι νομίζουσιν οἱ Μεθοδικοί. πολλῶν γὰρ νοσημάτων ἅμα τῇ ἀρχῇ τὴν ἀκμὴν ἀπολαμβανόντων, ὡς ἀποπληξίας καὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων, τί αὖ τις φαίη τὴν ἀρχὴν ἐν τοῖς τοιούτοις νοσήμασιν ἐνδείκνυσθαι; τὸ μὲν γὰρ κωλύσειν αὔξεσθαι οὐκ ἐνδείξει· ἅμα γὰρ τῇ ἀρχῇ τὴν ἀκμὴν ἀπειληφέναι τὸ νόσημα λέγεις" [ὥστε] ἢ μηδὲν ἐνδείκνυσθαι τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις νοσήμασιν, [ἢ] ἄλλό τι χρὴ τὸ κωλύειν αὔξεσθαι· μηδὲν οὖν ἐνδείκνυσθαι λέγειν γίνοντα τὸν σκοπὸν, γελοιότατον. εἰ δ' ἄλλό τι ἐνδείξεται, καὶ οὐχ ὅπερ αὐτοὶ νομίζουσιν, ἀτόπως ἔφασαν αὐτοὶ, τὴν ἀρχὴν τὸ κωλύειν αὔξεσθαι ἀπαιτεῖν. αὕτη δὲ ἡ ἀπάτη γέγονεν αὐτοῖς ἀφ' ἑτέρας ψευδοῦς ὑπολήψεως. νομίζοντες γὰρ πᾶν νόσημα διὰ τεσσάρων ἀπέναι, καὶ τοῦτο ὡς ἀληθὲς ἑαυτοῖς θέμενοι, τούτων ἀκόλουθον ὠήθησαν δεῖν εἶναι, τὸ τὴν

τὴν ἀρχὴν τῶν νοσημάτων ἀπαιτεῖν τὴν κάλισιν τῆς ἐπιδόσεως. καὶ τοῦτο οὖν λέληθεν αὐτοὺς, ὅτι ἡ πᾶν νόσημα καὶ ἄρχει τε καὶ ἐπιδίδωσι καὶ ἀκμάζει, καὶ παρακμάζει. τὰ μὲν γὰρ ὀξέα τῶν νοσημάτων, ὡς ἡ ἀποπληξία, ἅμα τῇ προσβολῇ τὴν ἀκμὴν ἀπολαμβάνει. καὶ τὰ κεκινόμενα δὲ τῶν νοσημάτων, ἕνα καιρὸν τὴν παρακμὴν ἀποτέμνεται. αἱ γὰρ κρίσεις διὰ τὴν ἀκμὴν λύουσι τὰ νοσήματα, ἔτι ἐπὶ τὸ μεῖζον ἐπιδιδόντα· καὶ διὰ βοηθημάτων ἔξεστιν ἐν ἀρχῇ λῦσαι τὸ νόσημα, καὶ ἀποτέμνεσθαι τοὺς λοιποὺς καιροὺς τῶν νοσημάτων. εἰ τοίνυν ἔξεστιν ἐν ἀρχῇ κενῶσαί τε τὸ νόσημα καὶ λῦσαι διὰ βοηθημάτων, διὰ τί ποτε τὴν ἀρχὴν τὸ κωλύειν αὔξεσθαι οἴεσθαι ἐνδείκνυσθαι, καὶ οὐχὶ τὴν μείωσιν μᾶλλον, ἢ τὴν ἀναίρεσιν; ἐὰν δὲ λέγωσι τὴν μείωσιν καὶ τὴν ἀναίρεσιν τῶν νοσημάτων ἐνδείκνυσθαι, μὴ τὴν ἀρχὴν, ἀλλὰ τὴν διάθεσιν. διὰ τί οὖν, φήσομεν πρὸς αὐτοὺς, οὐχ ὅταν ἡ διάθεσις, ἀλλ' ὅταν ἡ ἀρχὴ ἐνδείκνυται, παραλαμβάνετε; διὰ γὰρ τὸ ὑπὸ τῆς διαθέσεως ἀπαιτούμενον, καὶ τὸ ὑπὸ τῆς ἀρχῆς ἐνδεικνύμενον γίνεται. ὁ γὰρ μειῶν ἢ ἀναιρῶν τὴν νόσον, καὶ τὴν ἐπίδοσιν κωλύει γίνεσθαι. ἀλλ' ἴσως φήσουσιν, ὅτι προσεχέστερόν ἐστι τῆς ἀρχῆς ἅπασα κοινότης ἀναγκάζειν ἡμᾶς, ὅταν αὐτὴ ἐνδείκνυται παραλαμβάνειν, προσεχῶς τὸ ποιητέον ὑπαγορεύσασα· ἡ δὲ διάθεσις τὸ δεῖν ἀναιρεῖν τὰς νόσους ἀπαιτοῦσα, δι' ὧν χρὴ τοῦτο ποιεῖν οὐκ ἐνδείκνυται, δι' ὧν δὲ χρὴ κωλύειν ἐπί τι μέρος, ὡς τὸ κωλύειν αὔξεσθαι, ἐνδείκνυται, ἢ τὸ, δι' ὧν, ἔξ ἑτέρων λαμβάνεται. ἐπὶ πάντα δὲ, καὶ ἡ διάθεσις τὴν ἀναίρεσιν μόνον ἐνδείκνυται τῶν νοσημάτων. τὸ δὲ δι' ὧν χρὴ τοῦτο ποιεῖν, ἔξ ἑτέρου, ὡς ἔοικε, δεῖ λαβεῖν. διὸ κρεῖττόν ἐστι μὴ τῇ ἀρχῇ,

ut initium morbi suppressionem incrementi postulet. Hoc igitur iis fraudi fuit, quòd morbus sc. non omnis seriatim incipiat, augeatur, consistat, remittatur. Nam quicunque acuti (ut Apoplexia) vocantur; ad summam vehementiam pervenêre, simulatque invaserint. Qui verò perfectè indicantur, iis declinatio, quæ postremum est tempus, amputatur: siquidem Crises per vigorem, vel maximè gliscentes discutiant morbos: quin & remediis in ipso principio extinguere morbum potes, & cætera indè tempora pervertendo recidere. Itaque si à principio evacuare morbum, remediisque jam solvere, liceat, cur isti principium asserunt amotionem augmenti, non diminutionem vel ablationem morbi indicare? Si verò diminutionem, atque ablationem hanc non à principio, sed à dispositione indicari dicant; cur igitur (quæram) non quod dispositio, sed principium indicat, pro remedio accipitis? Ex eo enim quod dispositio postulat, etiam id quod principium indicabat, existit. Nam qui minuerit, vel exegerit morbum, etiam incrementum nè fiat, præoccupavit. Sed objicient forsan: principii communitatem, utpote quæ propinquior sit, quia proximè quid faciendum suggerit, nos cogere ad accipiendum quod ipsa indicat; dispositionem verò, quæ morbos adimi postulat, quibus id præstari debeat, non indicare, quibus verò prohibere decet particulare tempus (velut prohibere augmentum) hoc indicare, aut illud saltem, quibus ut id præstet, aliunde accipit. At secundùm hæc ablationem morbi dispositio tantùm indicat: Quibus verò ablationem hanc præstari par est, ab alio nos, ut opinor, accipere oportebit. Quam ob causam satius fuerit, non princi-

pium tantùm, sed & disposition em etiam ipsam pro scopo constituere. Dinceps & illud quoque retorquendum: ex opinione vestra principium omne complicatio quædam videtur. Duæ namque communitates in unum coeunt; principium & dispositio: Ac utraque earum diversum quiddam indicat: sed tamen quæ propinquior magisque necessaria, pro principio habetur; cujus idcirco vos rationem ducitis. Ex his igitur constat, affectus omnes esse communitatum plexus: siquidem unaquæque dispositio in aliquo tempore nascitur. Non igitur tempus tantummodò, sed & dispositio, communitas est. Quocirca insciтè facitis, qui complicationem eam, quæ affectuum est; statuitis esse unicam, non autem affectus omnes, complicationes esse dicitis.

ἀλλὰ καὶ τῇ διαθέσει χρῆσθαι σκοπῷ. ἔπειτα κἀκεῖνο χρὴ αὐτοὺς ῥητέον, ὅτι φαίνεταί καὶ "ὑμᾶς πᾶσα ἀρχὴ ἐπιπλοκή τίς ἐστιν. δύο γὰρ κοινότητες εἰς ταυτὸν συνέρχονται. ἥτε ἀρχὴ καὶ ἡ διάθεσις· καὶ ἑκατέρα τῶν κοινοτήτων, διάφορόν τι ἐνδείκνυται· φροντιστέα δὲ καὶ ἀναγκαιοτέρα κοινότης "ὑμῖν ἐστὶ δοκεῖ μᾶλλον ἡ ἀρχὴ, διότι" ταύτῃ προσέχετε. δῆλον οὖν ἐκ τούτων, ὅτι τὰ πάθη πάντα κοινοτήτων εἰσὶν ἐπιπλοκαί· πᾶσα γὰρ διάθεσις ἔν τινι καιρῷ γίνεται. κοινότης οὖν ἐστὶ ὁ καιρὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ διάθεσις. κακῶς οὖν ποιεῖτε μίαν ἐπιπλοκὴν νομίζοντες εἶναι τὴν τῶν παθῶν, καὶ μὴ πάντα τὰ πάθη ἐπιπλοκὰς εἶναι λέγοντες.

"ἡμᾶς

"ἡμ— " Ad. διὸ

CAP. XXX.

Adstringentia non esse adhibenda in principio, quo augmentum prohibeant, & de causa virium.

PRæter hæc illud quoque Methodicorum fatuum est; per initia morborum adstringentibus esse utendum. Cujus causa indè fluxit, quòd plures Phlegmonæ, per initia, adstringentium & reprimentium beneficio subsidêre. At illis unaquæque Phlegmone, adstrictio est. Ergo ut adstricti affectus per condensantia minuantur, hoc ipsi absurdum autumant. Et cùm doceamus nos ex humorum vexantium repulsione apparentium sedationem fieri, hoc illi parùm intellecto, principium omnino aiunt per adstringentia transigendum esse. Neque enim se id agere, ut reprimant causas: sed ut corpora firmatiora minúsque patibilia reddant. Siquidem "comprehensio,

"Ετι καὶ τοῦτο τὸ δόγμα τῶν Μεθοδικῶν ἀνόητόν ἐστιν, τὸ δεῖν ἀεὶ κατ' ἀρχὰς τῶν νοσημάτων τοῖς "στέλλουσι κεχρῆσθαι. τὴν δὲ αἰτίαν ἐντεῦθεν εἴληφε τὸ δόγμα· πολλαὶ φλεγμοναὶ διὰ τῶν στελλόντων κατ' ἀρχὰς καὶ ἀποκρουόντων κατέσβησαν. πᾶσα δὲ φλεγμονὴ κατ' αὐτὸν στέγνωσίς ἐστι. ἄτοπον οὖν ἐφαίνετο εἶναι, τὸ τὰ ἐστεγνωμένα διὰ τῶν πυκνούντων καθίστασθαι. καὶ ἡμῖν λεγόντων διὰ τῆς τῶν λυπούντων ἀποκρίσεως, τὴν ἀποκατάστασιν γίνεσθαι τῶν φαινομένων ἀποβλέψαι μὴ δυναμένοι, πάμπαν φασὶ δεῖν τὴν ἀρχὴν διὰ τῶν στελλόντων ἄγειν. οὐ γὰρ ἀποκρίνεσθαι τὰ αἴτια, ἀλλ' ἵνα δυνατὴ κατασκάσσωμεν τὰ σώματα. ἡ μὲν συστολὴ, φασὶ,

"Ald. στέλλουσι

φασί, καὶ ἡ σφίγξις τῶν σωμάτων, δυσπαθέστερα τὰ σώματα κατασκευάζουσα, κωλύει ἀλλως τὰ σώματα. οὐ γὰρ διὰ μειώσεως τῶν νοσημάτων μόνον κωλύεται, φασὶν, ἡ ἐπίδοσις, ἀλλὰ καὶ διὰ δυσπάθειαν τῶν σωμάτων. ῥητέον οὖν πρὸς αὐτοὺς, ὅτι ἀδύνατον διὰ σωμαυξήσεως τῶν βλαπτόντων δυσπαθῆ κατασκευάσαι τὰ σώματα· ἅμα τε, πρὸ τῆς νοσεῖν χρὴ δυσπάθειαν τοῖς σώμασι παρεσκευῆν. εἰς γὰρ τὸ μὴ γίνεσθαι νόσον, τῆς δυσπαθείας δεόμεθα· πεπονθότων δὲ τῶν σωμάτων, ἀναίρεσιν δεῖ ποιεῖσθαι τῶν διατιθέντων. ἐπειδὴ δὲ ἡ στεγνὴ διάθεσις, πύκνωσίς ἐστι καὶ δυσδιαφορησία τῶν σωμάτων· τὰ δὲ στέλλοντα πυκνοῖ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ δυσδιαφόρητον ἀπεργάζεται· δῆλον, ὡς συνεργήσει μᾶλλον τῇ ἐπιδόσει τῶν στεγνωμένων τὰ στέλλοντα, ἢ τοῦ ἐναντιοῦσθαι. καὶ ὅπου τὸ πάθος ἐν τοῖς εἰκείοις χωρίοις μέγεθος ἀπειλήφει, τοῦτο ἐν ἀρχῇ διὰ τῶν βοηθημάτων παρεῖναι δεῖ. φαίνονται δὲ καὶ τὸ ἐναντίον "τῷ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἀπαντᾶν" παραλαμβάνοντες. ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ τὸ κωλύον αὔξεσθαι ἐνδείκνυται, ἡ δὲ ποιότης τῶν προσαγομένων τῇ ἐπιδόσει συνεργεῖν ἔοικε. δυοῖν [δὴν] θάτερον, ἢ τῇ ἀρχῇ ὡς κακῶς ἐνδεικνυμένῃ [δὲ] προσεκτέον, ἢ ἡ ποιότης τῶν προσαγομένων ἐκ τοῦ ἀναθῶ προσάγεσθαι. τὸ μὲν τοίνυν ἐπ' ὠφελείᾳ καὶ ταῖς ἀρχαῖς τῶν φλεγμονῶν τὰ στέλλοντα προσάγεσθαι, πᾶς ἄν τις ὁμολογήσειεν. ἄξιον δὲ ζητῆσαι παρ' αὐτῶν τὸ γιγνόμενόν τε αἰτίαν. τὸ μὲν γὰρ δυσπάθειαν λέγειν ἐκ τῶν στελλόντων παρεῖναι, γελοῖόν ἐστιν, ὡς ἔμπροσθεν ἐδείξαμεν. μαθέτωσαν δὲ παρ' ἡμῶν, ὅτι τῇ ἀποκρίσει τῶν λυπούντων καὶ μεταγωγῇ εἰς ἑτέρους ἀπαθεῖς τόπους, μειοῖ καὶ λύει τὰς νόσους τὰ στέλλοντα τῶν βοηθημάτων.

inquiunt, constrictióque solidiora efficiens, nè à morbis tententur, impedimento est. Neque enim morborum imminutione solâ prohiberi censent augmentum, sed & soliditate corporum ac firmitate. His itaque occurrendum censeo: fieri non posse, ut corpora ex nocentium causarum auctione, solidiora reddantur: & adhæc, corporibus ipsis priusquam langueant, soliditas illa comparanda est. Etenim nè invadat morbus, soliditate indigemus: corporibus autem afflictis, ut quæ malè disposuerunt, propellentur illicò, necesse est. Quoniam verò dispositio adstricta, densitas est, difficiliséque corporum exhalatio; adstringentia verò, condensant superficiem, atque ægrè difflabilem reddunt; perspicuum est, incremento morbi adstringentia valida vires addere potiùs, quàm obsistere; & magnitudinem etiam (quam suis temporibus comparâsset morbus) remediorum importunitate in ipso jàm initio adjungi. Quid quòd videntur illi etiam contraria, quàm quæ principium morbi poscit, adhibere. Nam à principio indicatur, quod incrementum prohibet: sed eorum, quæ applicantur, qualitas, incremento videtur vires addere. Quocirca ex duobus alterum, aut principium, ut perperàm indicans, parvifaciendum est; aut remediorum qualitas admovetur incommodè. Ac inchoantibus phlegmonis, quòd adstringentia non absre accómodentur, ambiget nemo. Sed istius rei causam ab ipsis scisciari æquum est. Nam soliditatem corpori ab adstringentibus conciliari, ridiculum dictu esse docui. Verùm à nobis hoc discant illi: noxiorum repulsu, & in partes firmiores traductione, remedia adstringentia minuere morbos, atque discutere.

" τὸ
" μὲν

δὲ τ' καὶ φαῦλα· καὶ γὰρ ταῦτα ἂν εἴη, τῇ ζωῇ τῶν ἀνδρῶν ἀκόλουθα. ἀλλ' ἡμεῖς γε σαφῶς ἴσμεν, ὡς ἕκαστον ἔδεσμα καταπίνεσθαι μὲν πρῶτον εἰς τ' γαστέρα, προπεπτεύεσθαι δ' ἐν αὐτῇ· εἶτα ταῦτα δὲ, διὰ τῶν ἐξ ἥπατος αὐτῇ καθηκουσῶν φλεβῶν ἀναληφθέν, ἐργάζεσθαι τοῦ ἐν τῷ σώματι χυμούς· ἐξ ὧν τρέφεσθαι τἄλλα μόρια πάντα, καὶ ζῷα αὐτοῖς ἐγκέφαλός τε, καὶ καρδία, καὶ ἧπαρ. ἐν δὲ τῷ τρέφεσθαι, θερμότερα σφῶν αὐτῶν γίγνεσθαι· ψυχρότερά τε καὶ ὑγρότερα ζῳοειδέμματα τῇ δυνάμει τῶν ἐπικρατέντων χυμῶν. ὥστε σωφρονήσαντες κἂν νυῶν γῦν οἱ δυσχεραίνοντες, προφὼ δυνάσθαι τοῦ μὲν σωφρονεστέρους, τοῦ δ' ἀκολαστοτέρους ἐργάζεσθαι· καὶ τοῦ μὲν ἀκρατεστέρους, τοὺς δ' ἐγκρατεστέρους, καὶ θαρσαλέους, καὶ δειλούς, ἡμέρους τε καὶ ὠμοὺς, ἐριστικούς τε καὶ φιλονείκους, ἥκετωσαν πρὸς με μαθησόμενοι, τίνα μὲν ἐδέσιν αὐτοὺς χρὴ, τίνα δὲ πίνειν. εἰς τε γὰρ τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν ὀνήσουσι μέγιστα, καὶ πρὸς ταύτῃ, καὶ τὰς τῶ λογιστικῶ δυνάμεις ἐπιδώσουσιν εἰς ἀρετὴν, ζωηρότεροι, καὶ μνημονικώτεροι γιγόμενοι, καὶ φιλομαθέστεροι, καὶ φρονιμώτεροι. φορὰς γὰρ τ' τροφαῖς, καὶ τοῖς πόμασι καὶ τοῖς ἀνέμοις αὐτοὺς διδάξω, καὶ τὰς περιεχουσῶ κράσεις· ἔτι τε τὰς χώρας ὑποίας μὲν αἱρεῖσθαι προσήκει, ὁποίας δὲ φεύγειν. ἀναμνήσω δὲ πάλιν αὐτοὺς, κἂν μὴ θέλωσιν, ὡς ὁ Πλάτων αὐτὸς, ἀφ' ἧ παρονομάζονται ἑαυτοὺς, οὐκ ἅπαξ ἢ δὶς, ἀλλὰ πολλάκις ἔγραψε περὶ τούτων. ὥστε αὖτως δ' οὖν μοι ἀρκέσει, προσθεῖναι καὶ τὸν ἐνεστῶτα λόγον πρὸς τῷ περὶ τροφῆς ἐν Τιμαίῳ, καὶ ἐν τῷ δευτέρου τῶν νόμων· ὧν οἱ μὲν δύο, περὶ οἴνου πόσεως εἰσίν. "ἆρ' οὐ νομοθετήσομεν, πρῶτον "μὲν τοὺς παῖδας μέχρις ἐτῶν ὀκ- "τωκαίδεκα, τὸ σφόδρα οἴνου "μὴ γεύεσθαι; διδάσκοντες, ὡς οὐ

"χρὴ

" ἐιμι.
" δεῖ.
* Pla. τετ-ταρ.
* βυτῶν.
* ετέρε
" ποιεῖν
" ἐρ' οἷς.

"χρὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύειν, εἰς "τε τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν, πρὶν "ἐπὶ τοῦ πόνους ἐγχειρεῖν πορεύ-"εσθαι, τὴν "ἀκμαιοῦ ἐυλαβέμενοι ἔ-"ξιν τῶν νέων. μὴ δὴ τοῦτο, οἶνε μὴ "δὴ γεύεσθαι τὸ μεταξὺ, μέχρι "τεσσαράκοντα ἐτῶν· μέθης δὲ καὶ πο-"λυοινίας παντάπασι νέος ἀπέ-"χεσθαι. *τεσσαράκοντα δ' ὁπόσοι γί-"γνονται ἐτῶν, ἐν τοῖς ξυσσιτίοις ἐυ-"αγωνιόντα, καλεῖν τάς τε "ἄλλους "θεοὺς, καὶ δὴ καὶ Διόνυσον παρακα-"λεῖν εἰς τὴν τῶν πρεσβυτέρων τε-"λετὴν ἄμα καὶ παιδιάν· ἣν τοῖς "ἄλλοις ἀνθρώποις ἐπίκουρον τῆς τῶ "γήρως αὐστηρότητος ἐδωρήσατο τὸν "οἶνον φάρμακον, ὥστε ἀνίας, καὶ "δυθυμίας λήθην γίγεσθαι, μα-"λακώτερον ἐκ *σκληροῦ τὸ τῆς ψυ-"χῆς ἦθος, καθάπερ σίδηρον ἐντεθέντα, μαλθάττεσθαι, καὶ "ἕπως εὐπλαστότερον ἔσται. ἐκ ταύ-της τῆς ῥήσεως μεμνῆσθαι "πρέπει καλὸς καὶ γυναίους τοὺ Πλατωνι-κὸς, καὶ ὃ μόνον "ἀφ' ἧς λέλεκται περὶ πόσεως οἴνε ἐκείνῳ, "ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν ἡλικιῶν διαφορᾶς. ἐμμανὴς μὲν γὰρ "φησὶ τὴν τῶν μειρακίων φύσιν· εὐπρεᾶ γὰρ καὶ εὔθυμον, καὶ σκληρὰν, τὴν τε γερόντων· ἃ δήπου διὰ τὴν ἀεικινη-μόνα τῶν ἐτῶν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν σώματος ἕξεως κρᾶσιν, ἣ ἔσται ἑκάστη τῶν ἡλι-κιῶν. ἡ μὲν γὰρ τῶν μειρακίων, θερμὴ καὶ πολύαιμος· ἡ δὲ τῶν γερόντων, ὀλί-γαιμός τε καὶ ψυχρά. καὶ διὰ τοῦτο γε αὖ, τοῖς μὲν γέρουσιν, ὠφέλιμος οἶνου πόσις, εἰς συμμετρίαν θερμασίας ἐπανάγουσα τὴν τῆς ἡλικίας ψυχρότη-τα· τοῖς δ' αὐξανομένοις, σκαιπω-τάτη. ζέσης γὰρ αὐτῶν τὴν φύσιν, καὶ σφοδρῶς κινουμένου ὑπερθερμαίνει τε, καὶ εἰς ἀμέτρους τε καὶ σφοδρὰς ἐκ-μανεῖς κινήσεις. ἀλλὰ Πλάτωνι μὲν καὶ ταῦτα καὶ ἄλλα πολλὰ, περὶ τὸ δεύ-τερον τῶν νόμων εἴρηται περὶ πόσεως οἴνε, τοῖς βελομένοις ἀναγινώσκειν ὠφέλιμα. μόνην δ' ἐγὼ ἔπὶ μιᾶς αὐ-τῆς ῥήσεως μνημονεύσω, περὶ τὸ τέλος εἰρημένην ἁπάντων περὶ πόσεως, λόγων, ἔνθα περὶ εἴρηκε τῆς Καρχη-

"tere ignem igni in corpus ani-"mámque ingeri, laborem subi-"re inceperint, juvenilis ætatis "habitum veriti, quæ ad insa-"niam proclivis est. Tunc au-"tem gustabunt, cedo, sed me-"diocriter usque ad annos trigin-"ta; ab ebrietate verò vinique "repletione omnino abstinebunt: "Ad quadragesimum autem cùm "pervenerint, in conviviis libe-"riùs discumbentes, ad sacra se-"num ludósque, cùm alios De-"os, tum Dionysium invocent, "qui illa nobis pro remedio con-"tra senectutis austeritatem est "largitus, ut iis rejuveneſcere "videamur, nósque oblivio mœ-"stitiæ capiat, nec non affectio "animi (sicut ferrum in igne) "emollita, flexibilior fiat. Ex his sermonibus, egregios Plato-nis sectatores meminisse decet, non modò quæ ipse de vini potione dixit, sed quæ etiam de ætatum differentiis. Iuvenilem namque insaniæ obnoxiam posuit; senectutem, austeram, asperam, durámque; non propter annorum numerum, sed pro temperie cor-poris, quæ ætatibus singulis in-est. Nam adolescentia & calida & sanguine referta est; senectus, propè exanguis & frigida: unde senioribus vini potio perquàm u-tilis, cujus calore, ætatis frigi-ditas attemperetur; adolescentibus autem adversissima; quippe quorum naturam efferveſcentem, vehemen-térque agitatam supra modum ex-calfacit, & ad immodicos, præ-cipitésque concitat motus. At-que hæc illic Plato, aliáque mul-ta de vini usu præcepit, ne-que legentibus infructuosa. E-quidem unicam tantùm commemorabo sententiam, quæ ad calcem est orationis de vino, ubi Carthaginiensium institutum ex-posuit. Ea sic habet. "Sed

"multò magis, quàm Cretensium
"ac Lacedæmoniorum usus, pro-
"betur mihi Carthaginiensium
"Lex: nequis unquam in castris
"deguſtet vinum, sed omni illo
"tempore aquam bibat: & in urbe,
"nè servus guſtet, aut serva. Sed
"neque Magistratus eo anno, quo
"cum imperio sunt. Neque Na-
"varchæ aut Iudices, quo tempore
"munus obeunt, attingant vinum.
"Neque si consilium quis de rebus
"minimè contemnendis inierit.
"Nec verò quisquam interdiu hoc
"faciat, nisi exercitationis corpo-
"reæ, vel morbi causâ; neque no-
"ctu etiam id viro fœminæve con-
"cessum, quando liberis operam
"dare libeat. Quin & alia com-
memorari plura possent, ob quæ
rationi legiq: obtemperantes, se vi-
no abstinerent. Hæc cùm Plato non
de ægrotis, sed inculpatâ sanitate
fruentibus dicat, si vobis (genero-
sissimi Platonici) per sanitatem qui
vinum bibunt, non indigni videntur
exercitum ducere, imperare, de ma-
gistratibus inquirere, naves guber-
nare; respondete mihi deinceps; an-
non vinum ebibitum, quasi tyran-
nus quis, animum nec scire, quæ sci-
vit, nec rectè agere cogit, quæ priùs
agebat. Annon ideo Plato tanquam
hostem censuit vitandum? Simul at-
que enim corpus invaserit, nauclerum retinet, nè rectè navem gubernet; Duces, nè in acie sapiant; Iudices, cùm æquos esse par fuit, errare efficit; Principes omnes, rempub. malè administrare, nihilque sani sobriique præcipere. Censebat Plato vinum, cùm calidis vaporibus universum corpus, potissimùm caput oppleverit, concupiscibili atque irascibili animæ causam esse imoderati impetus, rationali, temeritatis. Atqui si hæc ità habent, quoties vinum bibimus, toties temperaturæ interventu functiones animæ, quas dixi, videntur lædi, sicut &

δονίων λόγον· ἔχει δ' ἡ ῥῆσις ὅτω.
"δὴ ἔπ μᾶλλον τ Κρητῶν καὶ Λα-
"κεδαιμονίων χρείας προσθείμην
"ἂν τῷ Καρχηδονίων νόμῳ μηδέπο-
"τε μηδένα ἐπὶ στρατοπέδου. γλυ-
"κὺς δ' πόματος, δὴ ὑδροποσίας* * Pla. στρ.
"συγχώρησις τοῦτον, τ χρόνον ἅπαν-
"τα· καὶ κατ' πόλιν, μήτε δήλοις γλυ-
"κὺς [τοῦτο] ποτὲ· μηδὲ ἄρχοντας,
"τοῦτον τ ἐνιαυτὸν, ὃν ἂν ἄρχωσι·
"μητ' αὖ κυβερνήτας, μητὲ δικα-
"στὰς, ἐνεργοὺς ὄντας, οἶνον γλυκάσαι * ὐδὲ
"ποσῶσαν· * μηδὲ ὅστις βουλόμε-
"νος εἰς βουλὴν ἀξίαν τινὰ λόγου
"συνέρχεσθαι· μηδὲ γὰρ μετ' ἡμέραν
"ποσῶσάν μηδένα, εἰ μὴ σωμα-
"τικίας, ἢ νόσων ἕνεκα· μηδ' αὖ νύκ-
"τωρ, ὅταν ἐπινοῇ τις παῖδας ποι-
"εῖσθαι ἀνὴρ ἢ γυνή. καὶ δηλαδὴ πολλὰ '' Pl. πάρ.
ἄπτης λέγει ἐν οἷς τοῖς [γε] νέοις τ καὶ νόμον ἔχουσιν ὀρθὸν, ὃ ποτὲς οἶνος. ταῦ- [Pla.]
τα δ' Πλάτων ὁ εἰρηκότος, μὴ ἐπὶ τ νοσούντων σωμάτων, δὴ ἐπὶ τ ἀμέμπτως ὑγιαινόντων· εἰ γὰρ ὑμῖν δεκτέον, ὦ γλυκύτατοι πλατωνικοὶ, στρατεύειν, καὶ ἄρχειν, καὶ δοκιμάζειν, καὶ κυβερνᾶν ναῦς, οἱ πίνοντες ὑγιαίνοντες· ἀποκρίνεσθέ μοι τοίνυν ἐντεῦθεν ἐρωτῶντι· πότερον ὑπὸ, ὥσπερ τις τύραννος, ὁ ποθεὶς οἶνος, κελεύει τ ψυχὴν μήτε νοεῖν ἀκριβῶς, ἃ πρόσθεν ἐνόει, μήτε φρονεῖν ὀρθῶς, ἃ πρόσθεν ἐφρόνει; καὶ διὰ τοῦτο φυλάττεσθαι φησὶν ὁ Πλάτων ὡς πολέμιον; εἰ γὰρ ἅπαξ ἅπαν τ σώματος ἀφίκοιτο, καὶ τ κυβερνήτην κωλύει, ὡς προσήκει μεταχειρίζεσθαι τὰς οἰακας τ ναός· καὶ τὰς στρατοδιδασκάλους, σωφρονεῖν ἐν τ παρατάξει· καὶ τὰς δικαστὰς, ὁπότε ἓν δικαίους χρὴ εἶναι, ποιεῖ σφάλλεσθαι· καὶ πάντας τὰς ἄρχοντας, ἄρχειν κακῶς, καὶ προσάπασιν ὑμῖν ὑγιέσι. ὑγιεῖ τοίνυν τ οἶνον, ἀτμοῖς θερμοῖς ὅλον τὸ σῶμα, καὶ μάλιστα τ κεφαλὴν πληρῶντα, κινήσεως μὲν ἀμεταστάτου ἅπαντος ποιοῦντος, τοῦ ἐπιθυμητικοῦ μέρους τ ψυχῆς, καὶ τοῦ θυμοειδοῦς· βελτίους δὲ προπετεστέρους, τοῦ λογιστικοῦ. καὶ μὴν, εἴπερ ὕτως ἔχει ταῦτα, διὰ μέσης τῆς κράσεως αἱ εἰρημέναι τ ψυχῆς ἐνέρ-

γειαι

γειαι φαίνον) βλαπτόμενοι, πινόντων ἡμῶν τ οἶνον· ὥσπερ γε πάλιν ὠφελήμεθα πίνες. ἀλλὰ γὸ κ) τοῦθ' ὑμᾶς, ἐὰν βέλησθε, διδάξω καθ' ἕτερον καιρὸν, ἐν ᾧ θερμαίνει ὅσα βλάπτει τ καὶ ὠφελεῖν ἡμᾶς οἶν ☉ πέφυκεν. ἐν δὲ τῷ παρόντι, τοῦτο τῷ τῶν Τιμαίου ῥητὸν παραχρήσω, καθ' ὃν φροσεῖπεν ὁ Πλάτων, ὅτως. "τοιῦτο, κακοὶ πάντες, "οἱ κακοὶ, διὰ "δύο ἀκουσιώτατα γιγνόμεθα· ὧν "αἰτιατέον μὴ τοὺ φυτεύοντας " τ "φυτευομένων μᾶλλον, κ) τοὺ τρέφοντας, τ τρεφομένων. ἐφεξῆς δέ φησι. "προσατέον* μὲν ὅπη πῆς "δυνάμ), κ) διὰ τροφῆς, κ) δι' ἐπι"τηδευμάτων, μαθημάτων τ, φυ"γεῖν μ κακίαν, τἐναντίον δ ἕλειν "ἀρετήν. ὥσπερ γὸ ἐπιτηδεύματα, "κ) μαθήματα, κακίας " μ ἀναιρε"τικὰ, γυμναστικὰ δ ἀρετῆς δοκίν· ὅ"τω κ) ἡ τροφή· λεγομένης ἐνίοτε τροφῆς καθ' αὑτὴ, ἃ μόνον τ ἐπὶ στόμοις, ἀλλὰ κ) συμπάσης τ παιδιᾶς τῆς διαίτης. οὐχ οἷόν τε δ' ἦν φανῆναι, κ τὸ δεύτερον σημαινόμενον εἰρῆσθαι νῦν καθ' αὑτὴν τὴν τροφήν. ὃ γὸ τοῖς παισὶν, ἀλλὰ τοῖς τελείοις ποιεῖν κελεύομεν, ἔφη· "προσατέον μὲν ὅπη "τῆς δυνάμ), καὶ διὰ τροφῆς, κ) δι' "ἐπιτηδευμάτων μαθημάτων τε "φυγεῖν μ τὴν κακίαν, τἐναντίον δ "ἕλειν ἀρετήν. ὁπόσα δ' ἂν λέγει, τὰ κ τ γυμναστικὴν κ) μουσικὴν μαθήματα, τά τε κ τ γεωμετρίαν κ) ἀριθμητικήν. τροφὴν δ' ἂν "ἄλλην τινὰ νοεῖν οἷόν τε, παρὰ τὴν ἐκ τ σιτίων, κ) ῥοφημάτων κ) πομάτων· ἐξ ὧν δῆλον κ) οἶνος καθ' ἕ πολλὰ διῆλθεν ὁ Πλάτων, ἐν τῷ δευτέρῳ τ νόμων. ὅστις δ βούλε) κ) χρεὼν ἐμὲ γνῶναί τι, θεοῦ πάσης τ ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεως, ἔνεστιν ἀναγινώσκειν αὐτῷ τοὺ τρεῖς θεοὺ τόδε τῆς ἡμετέρων πραγματείας, κ) τὸ τέταρτον καθ' αὐτοῖς, θεοῦ εὐχυμίας τ κ) κακοχυμίας· ἃ μάλιστα χρήζομεν εἰς τὸ παρόν. πολλὰ μ ἂν ἡ κακοχυμία ταῖς τ ψυχῆς ἐνεργείαις λυμαίνε). σώζε δ ἀβλαβεῖς αὐτὰς ἡ εὐχυμία.

adjuvari nonnullæ. Enimverò vos alibi ſiquando libuerit, docebo, quantum nos calfaciendo prodeſſe poterit vinum, quantum obeſſe. Nunc ſententiam è Timæo ſubjiciam, quâ Plato ſic allocutus eſt. "Ità "cùm pravi evadimus, duabus po"tiſſimùm rebus, quæ præter vo"luntatem contingunt, efficimur "pravi. Quarum cauſæ ſerentibus "potiùs quàm ſatis, nutrientibus, "quàm nutritis, attribuendæ. Mox "ſubjicit. "Conandum tamen pro "viribus, cùm alimenti, tum ſtudi"orum ac diſciplinæ ſubſidio im"probitatem averſari, virtutem ca"peſſere. Vt enim ſtudia diſciplinæ"que tollunt vitia, virtutes adjun"gunt, itidem & alimentum. Ali"mentum ille plerunque de cibis, ali"cubi etiam de univerſa puerorum e"ducatione interpretatur. Verùm hic in poſteriori ſignificatu uſurpâſſe nè dixeris: quia non pueris, ſed matu"rioribus, agendi præcepta dat. "Co"nandum, inquiens, ut alimenti, & "ſtudii doctrinæq; adminiculis vi"tium averſeris, virtutem expe"tas. Studia igitur, diſciplinas vocat, tum Gymnaſticen & Muſicam, tum Geometriam & Arithmeticam. Alimentum non aliud cogitari poteſt, quàm quod ex eſculentis, ſorbitionibus & potu conficitur; quo in genere cenſetur vinum: de quo permulta percurrit Plato ſecundo de legibus. Quicunque autem citra hoc opus de univerſa alimentorum facultate ſcire aliquid avet, tres libros noſtros eâ de re conſcriptos adeat, quartúmque iis adnexum de bonis vitioſiſque ſuccis; cujus lectio ad præſens inſtitutum perquàm neceſſaria eſt. Ac functionibus quidem animæ non mediocri malo eſt ſuccorum pravitas, bonitas contrà, eaſdem conſervat incolumes.

* ἢ κακοὶ
* Pl. ἀεὶ
* προσθυμητέον
* κἠις

CAP. X.

Refutatis Adversariorum, ex hac doctrina, nec neminem bonum vel malum esse, nec omnes.

DIsputatio igitur hæc tantùm abest, ut Philosophiæ bona è medio tollat, ut Philosophos eorundem minùs scientes erudiat, instruátque. Nam & ii qui omnes homines virtutis capaces volunt, quique justitiam sectari neminem (quod perinde est, ac nullum naturalem statui terminum) utrique humanam naturam semidoctè sunt assecuti. Nam æqui bonique nec omnes nascuntur osores, nec amantes omnes: quippe utrique ex corporũ temperamentis ejusce modi conditione nati. Quî igitur fiet, inquiunt, ut meritò laudetur quis, vel reprehendatur, odio sit, vel ametur, si neque improbus, neque bonus suâ sponte factus sit? sed ratione temperaturæ; quam aliis videtur ex causis accepisse? Respondeo, nobis naturâ hoc insitum esse, bonum ut amplexemur, ambiamus, amemus: malum aversemur, oderimus, fugiamus: Quod nobis usu venit, nè adhuc illud animadvertentibus, innatúmne fuerit, an studio contractum. Non enim alterum ipsorum, in homine produceret ejusmodi quidpiam, alterum eorum non idem efficeret. Itaque & Scorpiones, & Araneas, & Serpentes confodimus, quæ à natura generantur talia, non à seipsis. At omnium primum maximúmque Deum Plato ipse ingenitum censuit, summúmque bonum appellavit; eúmque nos omnes naturali prosequimur amore, cùm talis ab Æterno, non à seipso is factus sit bonus. Omnino enim qui perpetuus ac sempiternus extiterit, principium originis sortiri quí potuit? Non immeritò igitur, ex hominum genere improbos odimus,

Οὐκοῦν αἱρετικὸς ὅδ' ὁ λόγος ὅτι τῶν ἐκ φιλοσοφίας καλῶν, ἀμὴ ὑφηγητικός τε καὶ διδασκαλικὸς ἀγνοεμένου πνὸς ἐν αὐτοῖς, τῶν φιλοσόφων. οἵτε γὰρ ἡγούμενοι, πάντας ἀνθρώπους ὀπτικὰς ἀρετῆς ὑπάρχειν, οἵτε μηδένα δικαιοζωίλν αἱρεῖσθαι [ὅσον ἴσόν ὅζιν τῷ, μηδένα γίγνεσθαι φυσικὸν ὄρον] ἐξ ἡμισείας ἑκάτεροι τὴν ἀνθρωπίνην ἐωρακασι φύσιν. ὅτε γὰρ ἅπαντες ἐγκρὶ φύονται δικαιοζωίης, οὐδ' ἅπαντες φίλοι· διὰ τὰς κράσεις τῶν σωμάτων ἑκάτεροι τοιῶτοι γιγνόμενοι. πῶς οὖν, φασι, δικαίως τὸς ἐπαινοῖτο, καὶ ψέγοιτο, καὶ μισοῖτο, καὶ φιλοῖτο; γεγονμμένοι πονηρὸς, ἢ ἀγαθὸς, ἐ δι' ἑαυτὸν, ἀμὰ διὰ τὴν κράσιν, ἣν ἐξ ἀνάγκων αἰτῶν φαίνεσθαι λαμβάνων; Ὅτι φύσομεν ὑπάρχειν τῶτο πᾶσιν ἡμῖν, ἀσπάζεσθαι μὲν τὸ ἀγαθὸν, καὶ περιέπεσθαι, καὶ φιλεῖν· ἀποτρέφεσθαι δὲ, καὶ μισεῖν, καὶ φεύγειν τὸ κακόν· ὃ, πάκετι περόντες σκεπτομένοις †, ἔτε εἰ γνωτόν ὅζι, ἔτε εἰ μὴ γνωτόν. ἑ γὰρ τὸ ἕτερον αὐτῶν, τοιῶτον ἐποίησεν· ἔτε κατεσκάσεν αὐτῶν τοιῶτον. [τὸ ἕτερον.] τὰς τ' ἐν σκορπίοις, καὶ τὰ φολίδια, καὶ πὰς ἐχίδνας ἀναιρῶμεν, ὑπὸ τῆς φύσεως γεγονότα τοιαῦτα, ἀ ἀφ' ἑαυτῶν· ἀγένητόν τε τὸν πρῶτον, καὶ μέγιστον θεὸν ὁ Πλάτων λέγων εἶναι, ὅμως ἀγαθὸν ὀνομάζει· καὶ ἡμεῖς ἅπαντες, φύσει φιλοῦμεν αὐτὸν, ὄντα τοιῶτον ἐξ αἰῶνος, ἀφ' ἑαυτῷ γνόμενον ἀγαθόν. ὅλως γὰρ, ὁπ' ἐγένετό ποτε, διαπαντὸς ὢν ἀγένητος καὶ ἄϊδιος. εἰκότως οὖν καὶ τῶν ἀνθρώπων τὸν πονηρὸς μισοῦμεν, ἑ περιλογιζόμενοι †, τὸ

"ὅτε "χει

†Infr. p.6.

"τὸ

†Sup.pa.3.

τὸ ποιῆσαι αὔπον αὐτοῦ τοιούτους. ἔμπαλιν ἢ σεφσέμεθα, καὶ φιλοῦμεν τοὺς ἀγαθοὺς, εἴτ' ἐκ φύσεως, εἴτ' ἐκ παιδείας καὶ διδασκαλίας, εἴτ' ἐκ σεφαιρέσεώς τε καὶ ἀσκήσεως ἐγένοντο τοιοῦτοι. καὶ μὴτοι καὶ ἀποκτείνομεν τοὺς ἀνιάτους καὶ πονηροὺς, διὰ τρεῖς αἰτίας ἐυλόγους· ἵνα μὴ ἡμᾶς ἀδικήσωσι ζῶντες· εἰς φόβον τε τοὺς ὁμοίους αὐτοῖς ἐνάγοντες, ὠφελαθησομένους ἐφ' οἷς ἂν ἀδικήσωσι· καὶ τρίτον, ὅτι καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις ἄμεινον τεθνᾶναι, διεφθαρμένοις ὅπως τοῦ ψυχοῦ, ὡς ἀνίατον ἔχειν τὴν κακίαν· ὡς μηδ' ὑπὸ τῆς μουσῶν αὐτῶν παιδεύεσθαι, μηδέ γε ὑπὸ Σωκράτους ἢ Πυθαγόρου βελτίους γενέσθαι. θαυμάζω ἢ ἐν τῷδε τῷ τοιούτῳ, ἅπαντας μὲν ἀνθρώπους εἰς ἀρετῆς κτῆσιν ἐπιτηδείως ἔχειν οἰομένων, διαφέρεσθαι ἢ ὑπὸ τῶν συζώντων. ἵνα δὲ ἐάσω τἆλλα πάντα τὰ καταβάλλοντα τὸν λόγον αὐτῶν, ἓν ἢ μόνον ἐρωτήσω, περὶ τῶν τρίτον γενομένων ἀνθρώπων, οἱ μηδένα τρὸ ἑαυτῶν ἔχον ἕτερον· ἢ ὑπό τινων αὐτοῖς ἐγένετο, λέγειν οὐκ ἔξουσιν· ὥστε παιδία θεώμενοι πονηρότατα, τίς ἐδίδαξεν αὐτῶν τοῦτο καὶ μάλιστ' ὅταν ἢ πολλὰ μὲν ἅμα θεώμενα,

causâ, quæ tales produxerit, nondum pensitatâ: Contrà excipimus, atque amplexamur bonos, sive naturâ sive instituto vitæ, sive consilio atque exercitatione evaserint tales. At perditos & facinorosos è medio tollimus; idque justissimis de causis tribus; Primò, nè superstites contumeliam nobis faciant. Dein ut eorum similibus terrorem incutiamus, quasi pariter, si iniquè fecerint, multandis. Tertia est, quoniam ipsis emori satius est, adeò coïnquinatos, ut sanari nequeat improbitas: quos nè à musis ipsis corrigi spes est, nedum à Socrate vel Pythagora meliores reddi. Equidem Stoicos in eo demiror, quòd omnes virtuti obtinendæ idoneos putent, verùm ab ea, contubernalium commercio summoveri. Nam ut reliqua mittam, quibus eorum elevetur ratio, unum mihi percontari liceat de hominibus omnium antiquissimis. Profecto quâ illi ratione peccata addidicerint, aut unde illis acciderint vitia, quid mihi respondeant, non habent. Similiter & pueros etiam flagitiosissimos conspicamur. Quis enim eos corruperit, pravitatémque docuerit, dicere non valebunt: præsertim cùm plurimi eorum simul conspecti fuerint.

FINIS.

In GALENUM Lectiones variæ, & Adnotationes.

PRÆFATIO.

HAbes (studiose Lector) Lectiones & Adnotationes varias ex variis Codicibus unde unde corrasas, tametsi non omnes æquè necessarias: Quæcunque enim absurdiores videbantur, abjeci; quæ ad meliorem tuam conjecturam usui esse queant, tametsi vitiosas, adnotavi. Quo singulas citiùs unóque oculi nictu percipias, Characteres ubique descripsi, quorum interpretatio hæc.

1. *De Exemplaribus quibus utimur, tam manu, quàm typo aratis.*

Manuscripti Codd. Græci veteres (qui vel ipsi, vel eorum transcripta ad manus nostras pervenêrunt;) numero IV. sunt.

1 Adelphi Codicem Manuscriptum notat, *Ad.*
2 Regium, seu Bibliothecæ Regis Britannici Codicem, *Re.*
3 Londinensem Codicem Manuscriptum, *Lond.*
4 Venetum Manuscriptum, *Ven.*

Excusi Codices Græci.

1 Editionis Aldinæ, Anno 1525. *Ald.*
2 Basilienſis, Anno 1538. *Ba.*
3 Vtriusque editionis Lectio significatur, sic, *Excus.*
Latinus antiquus Interpres, excus. Papiæ, 1515. *Ant.*
Latina editio Veneta Iuntarum, Anno 1597. *Ven. Lat.*

2. *De Textu, & Emendatione nostra.*

1 Locum suspicioſum, vel vitioſum (si ex conjectura fuerit) cum punctis subscriptis, sic, ...
Si secundùm alios Cod. sic, *Ald. Bas.* .. ..
2 Lectio ex conjectura nostra, ut "
Aliorum codicum Manuscr. vel impressorum, &c. quorumcunque, ut " *Bas.* " *Ald.* &c.
3 Quod (cùm non sit in textu) ex conjectura interponendum videtur, significatur, sic, ". quod ex aliorum cod. fide interpositum, sic, " *Ba.* " *Ba.* & *Ald.* &c.
4 Quod (cùm sit in Textu) non est in Codicibus, ut [*Ba.*] [*Ba. Al.*] [*Ad.*] [*Ad. Ven.*] quod delendum, ut [*Dele.*]

Omnino quæ breviora erant, ad oram editionis interiorem adposita vides: quæ prolixiora, in varias lectiones has rejicere necessum habui.

In Galeni Hortatoriam seu Suasoriam Orationem ad Artes & Medicinam, Lectiones variæ & Adnotationes.

LAtinam hanc fecit Ludovicus Bellisarius, Medicus Mutinensis; interpretatus etiam est Desyderius Erasmus Rot. cujus versionem recognovit, Græcum textum re purgatiorem edidit, doctissimas Adnotationes (quæ junioribus etiam etiámque legendæ) adjunxit Fredericus Iamotius Parisiensis. Per Murell. Lutetiæ, 1585.

Adnotationes etiam breviusculæ habentur Iulii Alexandrini Basileæ, 1581. Collatæ sunt Editiones Græcæ Aldinæ, Basil. & Parisiens. Morellii: quam certè, quoad potui, correctiorem feci ex Mss. duobus; uno Londinensi, altero Adelphi. potissimùm verò ex judicio & prudentiâ doctissimi Theologi, mihíque amicissimi, Thomæ Gataceri, qui, pro summa sua literarum humaniorum peritia, emendationes authorum, citationes, & locos, &c. perquàm luculentè adjecit.

Pag. 1. Lin. 1. Γαληνῦ προτρεπτικὸς λόγος] i. Galeni exhortatio. cod. excus. alii, Γαληνῦ εἰς τὸ Μηνοδότου. alii, Γαληνῦ παραφράσου τῦ Μηνοδότου φρ. λ. Vnde quidam istâ Tituli pravitate decepti, Orationem hanc tribuêre Menodoto, non Galeno: sed quàm insciè, ex Galeno ipso facilè patebit, qui in Tractatû de Libris suis, cùm Menodotum istum Empiricum fuisse docet; (quod genus hominum est Artibus inimicissimum,) tum & adversùs eundem multa se scripsisse testatur: quin & fœtum denique hunc tanquam genuinum agnoscit. Error primus, unde at alter ortum habuit, enatus videtur ex titulis librorum duorum, & argumenti diversi, per librariorum incuriam, unà commissis.

ἐπὶ δ' ἰατρικὴν καὶ τὰς τέχνας] Galenus ipse de lib. propriis, ἐπὶ ἰατρικήν. Hieronymus etiam adversùs Iovinian. lib. 2. nonnulla hinc laudans, Galenus, inquit, in Exhortatione Medicinæ. Plenius Gesnerus & Cornar. in Prolegom. ad Galen. ἐπὶ ἰατρικὴν καὶ τὰς τέχνας. haud malè! Artium enim mentionem fecit noster per totam orationem; Medicinæ verò in ipso duntaxat Epilogo: ubi se pollicetur demonstraturum Medicinam artibus cæteris antecellere. Forsan id alio libello, aut oratione, quam seorsim habiturus esset. Non est autem Galeno infrequens Librorum suorum Titulos in recensione decurtare.

p. 1. l. 27. τῦ μὴ] vel Helleniſmus est: vel scribe μὴ τῦ.

p. 2. l. 9. περὶ τῆς γῆς νέφθεν, καὶ τὰ ὕφορβα] vide Platonem in Theæt. & Clement. Alexand. Stromat. lib. 5.

p. 3. l. 13. ὅσον πάλιν] ὥπως] Lond. ὡς ἂν ἔδωκε, ὅτ. quid si sic? ὅσον ἔδωκε, πάλιν αὐτοῖς.

p. 3. l. 25. ἐσκληόντων] Ità Adelph. Paris. κληόντων.

p. 3. l. 31. τῆς τύχης] Adelph. τῇ τύχῃ.

p. 4. l. 46. γραμματικαὶ] scriptores, librarii, literatores. vid. Iamotii notas.

p. 4. l. 47. λιθογλύφοι] sculptores, lapicidæ.

p. 5. l. 48. εἰς Κυρηνῆν] Laertius hoc Aristippi dictum Antistheni tribuit.

p. 7. l. 9. ὁ τοὺς κρήνας εἰκάσας] Plurarchus iste fuit, si viro πολυμαθεστάτῳ D. Rich. Montacutio, Episcopo nunc Ciceſtri, fides, qui ex illo citat in Antidiatriba adverſ. Bulengerum extrema.

p. 7. l. 34. ὅπ ἢ εὐγῆ] ἢ ἄρα excusi; sed ut corruptum ejeci. Nec ab illis dissentio, qui transferri volunt in lineam subsequentem; ut illic legatur, ἢ δ' ἄρα

ἄρα ἠὐγλύφα. Neque enim illic versum ex Euripide simpliciter citavit Galenus, sed Poëtæ verbis quasi dramaticè usus, interponere potuit particulam ἄρα de suo.

p.7 l.39 ἠὐγλύφα] Ità Euripid. codex Phœnissis. vers. 407. Paris. leg. ἐυγλύφα. & Plutarch. de exil. citavit eodem modo.

p.7 l.43 Πλάτων] Platonis sententiam hanc è Menexemo citat & Plutarch. de laude sui.

p.8 l.3 ἀπ' ἐμαυ] μεθ' ἐμὲ. Bas. μεθ' ἑμαυτὸν. alii.

p.9 l.22 ἦν ὅτε] Pindari Dithyramb. apud Scholiast. ad Olymp. 6. ubi pro ἔνεπον legitur ἔλεγον.

p.9 l.25 εἰ ἐκφάγομεν] cod. Pindari, εἰ φάγ. & αὖ pro ζωῦ.

p.10 l.1 τῶ Σόλωνος] Vide Herodot. lib. 1. & Arist. Ethic. lib. 1. c. 10. & Auson Lud. 7. Sap.

p.10 l.7 Locum hunc emendavit Grotius: cùm enim Basil. & Ald. scriberent ἀφελὲς, ille maluit ἀσφαλὲς: & quidem rectiùs quàm Paris. qui legerunt ὄφελος. Mox idem Grotius pro εἰ, legit εἶμαι, & sequenti versu περιττεῦον, quod neutrum est necesse: alterum nescio an legatur. Nihil itaque hic mutarim, nisi si quis pro ἢ μέσῳ, ἢ 'ν μέσῳ legere maluerit.

p.10 l.30 ῥεχθὲν δὲ] Homeri vers. Il. ρ. ver. 32. & υ. vers. 198. vid. adag. Factum stultus cognoscit.

p.10 l.37 Αλλ' εἰς] Idem habetur Il. ζ. v. 490. & Odyss. α, v. 355. & φ, v. 350

p.11 l.19 Ἄλλος δ' αὖτ' εἶδος] Homeri cod. Odyss. θ. v. 169. ἄνδρα δὴ τ' εἶδος.

p.12 l.43 Μὺρμηκίδου] Ita Athen. Par. μυρμηκιάδου: Myrmecidem autem, quem Noster ἀθλιώτατον, Ælian. lib. 1. cap. 17. Milesium vocat.

p.13 l.26 ἐπαινεμένους; ὡς,] ἐπαινομένους, ὅπως ἂν, &c. deletâ interrogandi notâ.

p.13 l.49 ἧς ἂν ἄνδρα] Ita Herodotus citat. lib. 1. sed Eusebius ἢ ἄνθρωπον. Præp. Evang. l. 5. c. 25.

p.14 l.33 φερνεῖ] Ald. φωνεῖ: quod Poëticum nimis.

p.14 l.35 κακῶν] Versus Eurip. in Autolyco: quos citat Athenæus Dipn. l. 10

p.14 l.38 οἱ πρῶτα μ. ζῶ ἐδ.] Excusi, οἱ πρῶτον οἰκεῖν ἐδ.] Athenæus pro ἐδὲ habet ὅτε.

p.14 l.44 ὑπερεκπεφλω] Athen. ὑπερβολῶ, vitiosè. Mox Casaubon. ad Athen. legit πάτρας: & paulò infrà apud Athen. pro κὀξυπηρετεῖν, mendosè legitur καὶ ξυνηρετεῖν.

p.15 l.6 τίς & τίς] Athen. τί & τί δ' rectiùs.

p.15 l.18 ἀστ. χερσὶν] Aldus ἀστ. ποσὶ. malè.

p.16 l.9 Pro ὅθεν δὲ, & ἔυκαμεν] Rectiùs ὅθεν ἐδὲ & ἄκαμεν. Nam Ba. habet ἄκαμεν.

p.17 l.11 καὶ ἐπ' ἄκρον] tolli potest καὶ. Locum hunc Hippocratis citat Plutarchus de sanitate, & contra Epicur.

p.17 l.13 ὑγιείης] Epidem. lib. 6. Sect. 4. ὑγίης.

p.17 l.22 πόνοι] citat & Noster de sanitate tuend. l. 2. & Stob. tom. 2. c. 99

σῖτα] Stobæ. σιτία.

p.17 l.23 πωΐτα] Hippocr. codicibus abest.

p.17 l.35 Αλλ' ὄκ &c.] Alludit ad illud Iliad. ω. v. 678. Ἄλλ' ὄκ ἐρμείλω ἐειδύιον ὔπνος ἔμμι.

p.18 l.38 λιπῶν] de quibus Homerus Iliad. ι. vers. 498.

p.18 l.41 χωλοίτε] Sic tom. 4. 302. lin. 52. de lus. par. pilæ.

p.19 l.26 μεμίσθου ὀψωμαπκῶν] vide Erasm. Apotheg. in Diogene.

p.19 l.28 μὴ μόνον ·ᵛ· ὠφελ.] ·ᵛ· ἐκ vel ἐδὲν.

p.19 l.30 διασάξαντες] Adelph. διαυξήσαντες, ab αὔξω, mole augentes & saginantes.

p.20 l.9 ἓν φήξ.] P. Faber. ὅπ φήξ. alii ὡς φήξ.

p.20 l.43 βορβόρῳ λύεσθ] An abludit ab Aristot. qui Hist. Animal. lib. 8. cap. 6. de Suibus scribit: παίνῃ ταὶ ὗς τὸ λύεσθ ἐν πηλῷ. at Gal. maluit βορβόρῳ; magis Rhetoricè, ad augendam infamiæ aspersionem Athletis.

p.20 l.47 ποτὲ] Erasmus legisse videtur χτ', & opinor rectiùs.

p.21 l.3 ἢ)ὲ] Versio Erasmi non habet.

p.21 l.38 Σοφὸν γὸ ἕν] Ita Plutarchus de Sen. Polit. & Stob. tom. 2. c. 12. citatur & à Polyb lib. 1. sed pro ἓν βέλ. Stob. ἐυβέλ. malè.

p.21 l.40 ὅπλοις] Stobæ. ὅχλῳ. & mox pro πλεῖον, Plut. de Homero; at H. Stephanus habet πλεῖσον. At Paris. pro eodem hic legunt χεῖρον ἢ.

p.22 l.11 ἐξάρτατ⊙ ἔσαι ὁ ἴαμβος] carminis exitus.

p.22 l.17 κοῦφοι] leves] allusisse videtur ad ἀγωνισμάτων distributionem illam εἰς κοῦφα καὶ βαρέα, de qua Plato de leg. l. 8. Dionys. Halicarnass. antiq. Rom. l. 7. Plutarch. sympos. l. 8. c. 4. & Pollux l. 3. c. 30. sed & Noster ipse de tuend. valet. l. 2. & simul etiam forsan ex ambiguo luserit, quo exercitii illius levitatem & vanitatem perstringeret.

p.22 l.16 ἀσκητῆρες] versus exigit ἀσκήτορες.

p.22 l.31 ἐνίκα] Ita excusi, pro quo Paris. ἐνίκησε. Sed illud versui accommodatius.

In Lib. Quòd optimus Medicus etiam Philosophus.

LAtinum hunc reddidit primò Erasmus Roterodam. posteà Ludovicus Bellisarius Medicus Mutinensis.

In eundem nihil adnotationum reperio, præter breviuscula quædam I. Alexandrini fol. Basil. 1581.

Codd. Græcos contulimus cum Manuscriptis tribus; uno Londinensi, altero Adelphi, tertio Regio.

p.25 l.2 ὅπ ἄεις⊙] Rationem inscriptionis vide apud Galen. lib. de lib. propriis.

p.25 l.15 τὼ ἀστρονομίαν] Astronomia ad Medicinam quàm necessaria, vide Hippocratem initio libri de aëre, aquis, &c. & Galen. ibid. in eundem de Lunæ Solisque contemplatione. Lege librum tertium de Diebus Criticis, & consule I. Alexand. adnotat.

p.25 l.21 ἀξιοῖ] Ita Aldus: & sic quoque scribitur lib. περὶ κατακλίσιος.

p.25 l.30 ἐκ τῦ μὴ γιγνώσκειν καλ' εἶδητε, χ' γνώη.] De Facultate Morborum Diagnosticâ (qua distinguuntur in genera & species) Hippocrates lib. vict. acut. Sect. 2, & Galen. ibid. ubi notantur errores veterum, qui Bilis Morbos esse septem, [Vesicæ duodecim voluerunt: & ita de reliquis morbis ridiculè. Vide & Galen. libr. 9. Plac. Hippocrat. & Plat. cap. 8.

p.26 l.19 χολῇ] multò minùs: sic enim non infrequenter accipi ex Andocide, aliisque docet Budæus.

p.26 l.27 ἐρμωνείας δεινότητα] sua sensa exprimendi fœlicitas, enunciandi facultas.

p.27 l.2 ὅτῳ δ' ἂν χ' ἢ τῦ] ἕτῳ δ' ἂν χ' ἢ τῦ, excus.

p.27 l.21 μεταβολῶ τινὰ ἐμμκότ⊙] Stellæ substantiam aut virtutem à temporum

temporum diuturnitate mutatam non habent; positionem fixæ quædam aliam nunc, quàm annis plurimis retroactis; sicut ex præcessionibus Æquinoctiorum collegerunt Astronomiæ periti.

p. 27 l. 34 δίρημφίαι] Ita Bas. in marg. excus. omnes ἐρημφίαι.

p. 28 l. 19 Ἀρταξέρξεα καὶ Περδίκκου.] Artaxerxem adire noluit Hippocrates, & Perdiccæ, qui illum tanti faciebat, non perpetuò se addixit (teste Sorano in vita Hippocrat. & in Epist. ad Hystanem:) Nam quibus opera sit Medica præstanda, considerare prudentis est: Iis sc. qui Te egent, non quibus Tu.

p. 28 l. 40 χωμφίλω] fortè χωμφίλω.

p. 28 l. 43 Opinor vacare [εἰ] vel sententiam sic legendam, ἀμελ. ᾖ, καὶ δεῖ μηδ' ἔτ. vel μηδ' ἀμελ. δεῖ καὶ ἔτ.

p. 29 l. 40 Adelph. Mss. ὃς. Alii ὧν. Codd. excus. ἃς.

p. 29 l. 40 Adelph. Cod. Mss. μηδὲ καθ'. excus. μηδ' ἢ κ.

Galen. De Optimo Docendi Genere, variæ Lectiones.

HVnc primus barbarè vertit Nic. Rhegius. Latiniorem fecit Desyderius Erasmus. Posteà etiam Ianus Cornarius. Contractiorem reddidit Andræas Lacuna.

Ex Manuscriptis Adelph. Londinens. vetere interprete, & impressis invicem collatis, Græcum textum aliquanto purgatiorem exhibemus.

p. 31 l. 13 Γνωσθ. π. τ. α. διδ.] Adelph. addit [ὡς ἐς Φαβωρῖνον γράφ' Ἐπιλήπτων] & ita Noster libr. de lib. propr. cap. 13. num. 21.

p. 31 l. 39 Ἀκαδημαϊκοὶ & Ἀκαδημαϊκὴ &c.] semper habent codd. nostri. Editiones Luciani, Plutarch. Athenæi & Lexicon Henr. Stephani scribunt Ἀκαδημαϊκοὶ & Ἀκαδημαϊκὴ: sed Nostri rectiùs: siquidem Analogia nominis legitima videtur magis ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας, quàm eorum illa Ἀκαδημαϊκοὶ, &c.

p. 39 l. 40 προσπαραδίδοσι] i. συναραδίδοσι, contrariam partem asserunt, eíque patrocinantur, annuunt, suffragantur, sicut & posteà,

p. 32 l. 14 Et fortasse rectiùs utrobique legetur συναραδί. Supplebitúrque indè quod hic deesse videtur, καθ' ἣν τὴν ἀντικειμένων [λόγοις λόγων ἑκατέρῳ] συναγ.

p. 32 l. 6 κριτήριον] criterium: judicatorium: judicandi vim habens. Criterium aliud φυσικὸν, naturale, quod judicandi normâ utitur, judiciúmque exercet: ut anima rationalis criterium est rerum intelligibilium; & sensitiva, sensibilium. Aliud τεχνικὸν, artificiale; ut apud Dogmaticos, criteria rerum sunt syllogismus, Demonstratio, Elenchus: Apud Empiricos, observatio, memoria, transitus ad simile, &c. Distinctionem hanc habes infrà, cap. 3. par. 1.

p. 32 l. 24 ἀποχωρήσαντας] Lond. ἀποχέσαντας. Alii ἀποχρώντας, colorantes, depingentes; sed retineo ἀποχωρήσαντας, recedentes: & mallem ὀνόματος στοικοῦ, pro ὀνόματι στοικῷ, ad cujus sententiæ vim excutiendam scias velim τὸ βεβαίως γνωστὸν, quod certò sciri potest, esse nomen proprium receptum atque usitatum: pro quo Stoici concinnârunt factitium illud καταληπτὸν & ἀκατάληπτον, quod comprehendi potest, vel secùs. Vide Laert. lib. 7. in Zenone: & Cicer. in Lucullo lib. 2. ubi docet, quomodo vox κατάληψις dicebatur inventum fuisse Zenonis.

p. 33 l. 46 Δύσωνα] Aldus cum asteriscо Venet. in marg. *Alii Dysonem.

p.33 l.4 γνωσὸν] Calabèr vertit: certè cognoscibile. Videtur legisse βεβαιως γνωσὸν.

p.33 l.50 ὡς] excus ὃν. Lond. ὃν.

p.34 l.4 ὡς παραβάλλ. &c] Ad Criterium, tanquam ad normam, qui singulas res applicat, exigítque, facilè poterit veritatem dignoscere.

p.34 l.12 Impteſſi ἀπατήσεως. Aliqui cod. ἀπαντήσεως, obviatione. Alii ἀπατήσεως, deceptione, vet. interpres. Sed aliquid aliud petemus ab artificibus præberi discipulis; quod non est aliud, nisi ratiocinari; quod dicitur à multis discutere, &c. Loci hujus constructio durior, sed opinor conjecturam quam attuli, à rei veritate propè abesse. Nota hìc λογίζεσθαι, ratiocinari, & ψηφίζειν, supputare, sibi invicem respondere: verùm ità ut illud, ratiocinari sit discipuli; supputare, seu calculare, ipsius vulgi.

p.34 l.31 Codd. & vetus interpr. ἐνεργείας, actiones, tam hìc quàm lineâ sequenti, pro quibus utrobique reposui ἐναργείας, quod ipsum & postulare videtur sententiæ scopus, & author etiam ἐποχὴ & ἐναργείας ex adverso opponens, manifestè declarat.

p.34 l.34 τοῖς γιγνωσκομένοις καταφρονεῖν] lege καταφωνεῖν, si in contradicendi sensu sumptum reperitur: sin minus, forsan ἐναντία φρονεῖν: alioqui, τῶν γιγνωσκομένων legendum, si τὸ καταφρονεῖν retineatur.

p.35 l.12 Codd. excusi. ἓν δὴ. Adelphi-Mss. εἰ δὴ, vel ἐαὶ δὴ.

p.35 l.30 οἵῳ χρῆμα. cujusmodi res: ità infr. c.3. ὁποῖόν τι cujusmodi quid.

p.35 l.39 τῶν ἰδίων δογμάτων. i. unaquæque Secta propriorum dogmatum demonstrationes obtineret. Luculentus sanè hic locus: neque cuiquam, nisi Demonstrationis Logicæ inscienti obscurus.

p.36 l.15 Locus perobscurus. ant. interp. sed oportebat te docere solummodò Sophistas, quòd nullum Nobis est judicatorium innatum; hoc enim ausus fuisti dicere nobis, cùm fortassis sensum & intellectum concederet esse judicatorium veritatis, quicunque est in Logicis eruditus. Quicunque verò interimunt totam spem, delirant; sicut & Favorinus, qui evertit omnia, & dicit, nescire ea esse; & posteà committit discipulis suis judicium; quod neque qui ante ipsum, commiserunt eis. Hæc interpr. alii verò, ut locum laborantem reficerent, transponenda censuerunt illa, quæ parenthesi clauduntur, hoc modo. ἢ λῆρός. (ἐγχείρειον ἦ διδάξαι μόνον σοφιστὰς, οὐδὲν ἡμῖν ὑπάρχειν κριτήριον σύμφυτον.) πόθεν ἔν, &c

p.36 l.17 Ait τολμηρῶς audacter quidem ipse (quia cum suis ipsius rationibus pugnat) ἡμῖν ἦ ἴσως, sed nobiscum tamen sic forsan inquit.

p.36 l.27 Ἀγνοεῖν, ὑπάρχειν ὁμολογῶν] excus. corruptè, ἀγνοεῖν ὑπάρχειν ὁμόλογον

p.36 l.33 αὐτῷ] Ità Basil. marg. excus. αὐτῶν

p.37 l.9 Excus. οἱ λοιποὶ πάντες διδάσκ. μ. εἰσ. εἰδ. ἀεις. quem locum, quâ audaciâ mutavimus, vide textum. Quid si sic? νῦν δ' οἱ λοιποὶ π. δ. μ. ε. εἰδ' ἄεισαμ.

p.37 l.34 ὑπείξομαι] concedam: at excus. ὑπείσομαι, suspicabor, quid in nobis facturus es, quæ lectio sanè durior: lego igitur ὑπείξομαι concedam & obsequar tibi, ut respondeat suo contrario, πῶς ἀξίσαμαι, abscedam, in periodo sequenti.

p.37 l.43 παρ' ἐμοῦ. 'Δη'] Ad. & Ald. habent παρ' ἐμοῦ κείνῳ 'Δη' cum punctis subnotatis, quasi delendum, aut saltem suspectum. Ex conjecturâ addidimus [οἶμαι] quæ utraque deerant codd. editis, ipsúmque post particulam 'Δη' ἐγὼ transferri curavimus.

p. 38 l. 1 ἐφ' ἑτ.] Ità Baſ. Ald. ὑφ'. Lond. ἀφ'.

p. 38 l. 26 εὐθεῖαν] Cod. Venet. ant. & vetus interpres habent μίαν; quod & ἑλληνικώτερον eſt, ſenſui verborum accommodatius.

p. 38 l. 28 πεπλανημένων] Metaphor. aberrantium viarum, i. viarum eorum, qui aberrant: ſicut & lineâ ſequenti πεπλανημένας. vias aberrantes; niſi priori voce retentâ, poſteriorem emendatiùs legas τὰς πεπλανημένων. Et utrobique propriè interpreteris, non vias errantes, ſed eorum, qui vagantur & errant.

p. 39 l. 7 παίτων] vet. interpr. rectiùs πάντως. "Corruptum penitùs eſt judicium.

p. 39 l. 17 ἀυτῦ] exc. αὐτοῖς, Lond. αὐτῶν.

p. 39 l. 18 ἀμβλύτατον. Vet. interp. vertit, "Eum qui obtuſiùs videt.

In Gal. de Sectis ad Tyrones, variæ Lectiones.

TRanſtulerunt Ludovicus Belliſarius. Auguſtinus Riccius. Iohannes Guinterius: nec non Horatius Limanus.

In eundem Adnotationes habentur I. Alexandrini, Baſil. fol. 1591.

Contulimus codd. impreſſ. Græc. Ald. & Baſ. & M.s. Adelphi.

p. 40 l. 38 ἐκπεῖσαντο] Ald. ἔπεῖσαντο, ſed caſtigat ἐξεπεῖσαντο Baſ. ἐυρήσαυτο.

p. 47 l. 25 ἡ ἀνδράχνη τῆς αἱμωδίας ἴαμα] τὴν αἱμωδίαν παύει ἡ ἀνδράχνη Ariſt. Probl. ſect. 1. quæſt. 37. & ſect. 7. quæſt. 9. & Alexander Aphrodiſſ. aut Trallianus potiùs, ſi Mercuriali credimus, in probl. proœmio. Idem hoc Noſter de Sect. opt. c. 8. & c. 10.

p. 48 l. 30 τῷ ἀρχῷ] adverbialiter pro primùm vel primò apud noſtrum frequentiſſimum, de opt. docendi gen. c. 2. inhortat. c. 6. &c. infrà c. 7.

p. 48 l. 41 προσκαίρων ἀδήλων] ad tempus obſcurorum, ſeu eorum, quæ temporaria incomperta: Ità D. PAULUS, τὰ βλεπόμενα πρόσκαιρα, 2 Cor. 4. 18. πρόσκαιρον ἔπόλαυσιν, Heb. 11. 25.

p. 49 l. 20 φανὲν] Lond. φανόμενον. exc. φάμεν.

p. 50 l. 4 "τιθέμενοι] enallage pro τιθεμένων. Poteſt & τιθέμενοι in voce media ſumpta intelligi, quod ipſi ſcilicet hoc modo morbos ſive affectus accipiant & conſiderent. Verſio utramvis rationem admittet.

p. 50 l. 8 Poſt δίαιταν ſubintellige θεραπευομένων.

p. 50 l. 37 [τυτὸ ἢ ὅτι] Gloſſema irreptitium arbitror, aut ſaltem legendum, τόδε ἄλλο ὅτι, quod tamen haud ſatis placet.

p. 51 l. 49 σκόπους] Lat. Interpr. τρόπους.

p. 53 l. 3 ἐνεργείας] i. actiones: ant. Mſ. ἀργείας, i. otio; & ità vet. interpr.

p. 53 l. 33 ὃι μὴ] exc. εἰ μὴ, Ad. ὅτι μ.

p. 54 l. 12 φλ. ἢ σαρκ.] exc. φλέβ. ἢ νεύρων ἢ σαρ.

p. 58 l. 45 γναφάλια] Culcitras tomento, & lanâ, ſeu Gnaphalii foliis ſuffarcinatas.

p. 61 l. 12 εἶναι τοῖς] Ita cod. excuſ. quod cùm vix cohæreat, legi potiùs ἐπεὶ πῖς, ſicut & pa. 67. l. 18.

p. 61 l. 19 λόγῳ. ὡς ἢ] Lond. λόγῳ ὅτως ἢ.

p. 61 l. 26 ἢ πυκνοτ. ἑαυτ.] Vetus interpr. addit [aut mollem.]

p. 61 l. 35 Μῆν] Ità Baſ. pro quo Aldus habet corruptè φλεγμαινῶν, quaſi eſſet φλεγμονῶν. Sed hoc duriuſculum.

p. 62 l. 31 Μέλιτ] pro μέλιτός τι, per ellipſin; quod uſitatum eſt, aut ſi minùs hoc arrideat, pro eo lege μέλι abſolutè, vel quaſi literis retroactis τὸ μέλι.

p. 62 l. 31

In Lib. De Optima Secta.

LIbrum hunc Latinè vertit Iunius Paulus Crassus Patavinus, Basil. 1562. Contraxit adnotatiunculis additis Andr. Lacuna. Quædam etiam notavit Iulius Alexandrinus.

EMendatiorem fecimus ex Manuscriptis veteribus quatuor. Vno antiq. Adelphi, altero Veneto, tertio Regio, quarto Londinensi, & veter. interpr. Nic. Regii, qui transtulit usque ad part. 7. cap. 6.

Not. Per totum hunc librum pro Synonymis à Galeno usurpari hæc. Βοήθημα, remedium, auxilium, præsidium; χρήσιμον, utile; συμφέρον, quod confert; ὠφελὲς, quod conducit, vel prodest, &c. κεκρυμμένον autem dicitur reconditum vel occultum.

p. 66 Γαλήνῳ πρὸς Θρασύβουλον π. α. αι] Lib. de lib. propr. omisit dedicationem πρὸς Θρασύβουλ. Ita etiam lib. de lib. leg. ordine: ubi interponitur τῆς quod hic deest.

p. 67 31 ἐξ ἑαυτῶν] Ita Bas. marg. & infrà 40. excus. utrobique αὐτῶν.

p. 68 l. 18 ὅσα ἀκ] Ald. & Ad. suspicioſum putant ἀκ.

p. 68 l. 29 ἃ μὲν & ἃ δὲ] excus. αἃ μὲν.

p. 68 l. 37 ὡμολογήμενα] & mox ὡμολογημένου] & linea sequ. ὡμολ.] quid si singulis locis exprimatur participio temporis præteriti ὡμολογημ.?

p. 69 l. 33 Post δηλονότι] ex Basil. marg. addo ὅτι, vel ἐπεὶ. (Alioqui sententia periodi aut nulla erit, aut duriuscula.) Et sanè videri hoc potest ob repetitionem, incautum librarium effugisse.

p. 71 l. 25 πεπόμφα] Basil. marg. πεπομ.

p. 71 l. 32 πᾶσι] Ita Bas. marg. excus. πᾶσαι.

p. 71 l. 33 συμφέρουσι] Bas. marg. ξυμφ. & l. 39 pro ὅτι habet ἤ, & 43 ἐφ' ὧν δ', pro ἐφ' ὅδ'.

p. 72 l. 33 Pro ζωτηρητικαὶ, ζωτηρήσων, &c.] excusi σωτηεικαὶ, & σωτηρεσῶν, lin. 36, &c. Sed hæc in Græco idiomate non extant; neque à nomine σωτὴρ derivatur verbum, aut verbale quicquam. In Epigrammate lege tantum σωτήριχθ᾽ per χ, quod tamen nomen fictitium & peregrinum.

p. 72 l. 2 διαφημάτων] Ita Basil. marg. cùm in textu esset ῥημάτων.

p. 73 l. 43 ἀυτῷ] refertur ad posterius membrum; sin legatur αὐτῶν, ad utrunque tam prius, quàm posterius.

p. 74 l. 25 ὅτε] Ita Bas. marg. excus. habent ἤτοι.

p. 75 l. 16 φρὶν] Bas. marg. πρὶν.

p. 75 l. 31 ἃδ' Ven. ἤδ'. & ita Ald. in marg.

p. 76 l. 6 ἐπὶ [τὸ] τη. τα] Ita Ven. cod. & Ald. sed Bas. in text. ἐπιτηρῆσαι τὰ. Bas. in marg. ἐπιτηρήσει τῇ, quæ lectio non incongrua.

p. 76 l. 9 αὐτῶν. οἱ ὃ λογικοὶ, ὅτι] Ita ex Venet. codice veteri, at excus. pro οἱ λογικοὶ legunt καὶ.

p. 76 l. 12 ὄντα] non habetur in codice Venet. pro eo alii ἐντὰ.

p. 76 l. 16 τὸ μὴ κεκρυμμένον] aut pro μὴ, ὧν substituendum, aut μὴ ipsum inducendum, cùm τῷ φαινομένῳ opponatur.

p. 76 l. 33 σκόλοπ&] paxilli, surculi acuti, vel assulæ. Vide Bezæ interp. D. PAULI 2 Corinth. 12. 7. & Marcell. Virgil. apud Dioscoridem in illis, σκόλοπας ἀγάγει, ἔλκει, &c. & Hermol. Barbar. ibid.

p. 76 l. 43 ὅ, τι] Venet. ὅταν. excus. ὅ, τι.

p. 76 l. 44 φαίνε&. ὡς αἴτιον [δ' ὅ.] Ita ex conjectura. At cod. Venet. ὃ φάν. ὡς αἴτιον.

p.78 l.34 τόδε ἐκ ἔπ φαίνεται] textus haud integer. Leg. omnino, exigente, dictionis serie, τόδε ἐκ ἔπ, ἃ φαίνεται. Iterata negativa librario vel imperito vel oscitanti impositi.

p.79 l.16 ὅπιόν ὅτι καταλληλα] Ita excus. codd. leg. potiùs καταλληλον, alioqui καταλληλα adverbialiter sumendum, vel etiam eâ formâ quâ τὰ ἴσα, τὰ ὁλίγα, τὰ παιδικὰ usurpantur. Ad Philipp. 2.6. τὸ εἶναι ἴσα θεῷ. Arrian. Epictet. l. 3. c. 25. ἄξιος πλείονος ἀξίω, ἄξιος ὀλίγα εἶναι. Nisi mendum subsit, quod suspicari quis possit.

p.80 l.11 τυλ. ὃ κεφαλαιωδὲς ἀλλ' νῶ] mallem τοῦτ. ἀλλὰ κεφαλαιωδὲς τὸ νῶ.

p.80 l.36 αἱρεσιν] rectiùs forsan ἐξαίρεσιν.

p.80 l.43 σώζεται] servatur pro ὑπάρχει, existit, ut c. 12. πολλὴν ὁμοιότητα σώζει, αὖ πᾶσι ἔχει habet.

p.81 l.37 "πνὶ δηχθέντι", ἐπ. αἱμορραγοῦντι"] excus. "πνὸς, & "τα—— & ——"τα. Forsan potiùs, πνὸς δηχθέντος, ἐπ. αἱμορραγοῦντος.

p.81 l.46 πᾶν] Bas. marg. πύον.

p.84 l.10 ἡ δ' ἐπὶ τοῖς συμπώμασι] Observatio, quæ in symptomatis fit, i. in symptomatum concursu. Nam observatio in symptomatis generalior est, omniúmque sectarum communis, ut patet, cap. 8. & infra rursus, quæ autem in Symptomatum concursu sit, Empiricorum propria.

p. 85 l. 30 Post προσαναγκάζειν, deest ὅτι, vel δεῖ, cogere licet, vel oportet.

p.86 l. 13 Codd. impressi perperam τοῖς τεωρημένοις. Omnino expunge τοῖς, & lege vel ἑωραμένοις. Empiricis enim (de quibus hic sermo) de ἑωραμένοις consideratio tota fuit: vel τεθεωρημένοις etiam; cùm & emendatio hæc levior sit, & τὸ θεωρεῖν laxiùs quoque usurpari soleat.

p.89 l.7 κἂν μὴ κατδη.] usque ad ἐπὶ τοῖς πτίσασιν, locus perobscurus, forsan & corruptus etiam. Vide an non sic possit restitui, τῷ δύναμιν ἔχειν διαχριτικὴν, ὡς ἔφην, συμπωμάτων, δυνάμεθα ταῖς τηρήσεις ποιεῖσθαι ἐπὶ τοῖς συμπώμασιν, &c. huc certè faciunt, quæ subjiciuntur, instantiæ, itaque eo modo vertere necesse fuit.

p.90 l.46 ἐπὶ ζωδρομαῖς] exc. ἐπιδρομαῖς.

p.91 l.35 αὖδας μὴ] Citat istum versum Aristoteles cum præcedente & subsequente proximis. Rhetor. l. 1. c. 7. n. 45. sed aliter quàm hic, aut in vulgatis Hom. edit. Λαοὶ μὲν φθινύθουσι, πολὺν δ' τε π.α.

p.92 l.2 Quod in excusis erat τινὰ solâ mutatione factâ accentus, aliam interpretationem & (vide an) veriorem attuli.

Illud forsan hæret; quomodo criteria historiæ posuerint Empirici, (in suffigur. cap. 9. & 10.) hic autem quasi nullum ponant, insimulentur: sed aperta res est: quia loco citato criterium non unum & proprium (de quo in præsenti) assignârunt, sed communia & plura: qualia & illa sunt in suffigurat. & illud infrà in hoc capite.

p.92 l.16 πεθῶνας] Medicus ævi prioris: quem Neander in Syntagmate, pa. 39, Petronem vocat.

p.92 l.24 χειῖνε] lego καρυΐνε: quod nomen esse vini in Mæonia narrat ipse in sect. 2. Comment. 3. de vict. acut.

p.92 l.33 ἀλλὰ ἀχρήστως] ex ingen. ἃ δεῖ ἄκριτον.

p.93 l.7 δυσαρέσημα] vox fortè nostro peculiaris, pro ἀρρώστημα. Alibi non legitur.

p.95 l.37 ἀειθμῷ] Scribo ex marg. Bas. ἀειθμῶ.

p. 96 l. 28 ἄπ(ροι] lego ἄπτεροι, ut opponatur τῷ εὐπόρῳ.

p. 96 l. 31 ἐπιρήσετε] lego ἔτι πήρης.

p. 98 l. 39 πότερον ἓν, &c.] vide Translat. veterem.

p. 100 l. 16 " Aldus habet, ἐπὶ τῷ ἅμ' διὰ. Sed castigat ut in præsenti. Potuisset etiam sic: ἐπὶ τ' διὰ τῷ.

p. 100 l. 18 ἀναγόντων] Ita infr. l. 48. excus. ἀνάγοντα.

p. 100 l. 39 ἔμπροσθεν, ἢ 'ξ ἴτα] lege ἔμπρ. ἢ ὄπισθεν, ἢ 'ξ ἴσου. Plato in Timæo (pag. 84, edit. Stephan.) ubi de istis agit, vocabulo 'ξόπισθεν usus est.

p. 101 l. 10 σύμπλ. ὅτι &c.] Locum corruptum ita ex Mſ. Lond. authoritate muto. βοήθημά ὅτι τὸ ἐναντ. διωάμβων τοῖς.

p. 102 l. 24 μειείζ(ν] exc. μειείζ. Ita & Lat. interp.

p. 108 l. 47 γογγλίσι] Attrectationibus: Interpres: vocabulum hoc nusquam extat. Quid si Τογγυλίσι. Rapis, quæ contra Perniones adhibentur, morbum itidem frigore contractum. Vid. cap. 12.

ἀποξύσμασι] Abrasionib. detersionib. expolitionib. vid. Fæs. cod. excus. ἀποξέσμασι, malè. Verùm quid si ἀποξέμασι legerimus? quod ab excusis haud multum abest.

p. 112 l. 12 ὅτι ἀντεναντίαν] Quidnam subcontrarium. Elegantius opinor ᾧτινι ἀντ. Cuinam autem subcontrarium τὸ βοήθημα sit, affectui sc. an causæ, &c.

p. 118 40 συμπλώσεως] extenuationis, Interpr. Maciei. Gellius ex Erasistrato (lib. 16. cap. 3.) vertit compressionis. At compressio consequens potiùs videtur extenuationis, non ipsa extenuatio. Quid si vertas, subsidentiæ? quanquam hæc omnia ferè eodem recidunt.

p. 119 l. 23 λέγωσι, ὅτι] hoc totum quod includitur, haud dubiè è margine traductum.

p. 119 l. 33 εὐθρυπτα] fragilia & delicata, quæ facile comma, seu fractionem recipiunt.

p. 120 l. 25 πλῆθος] Plenitudo apud Medicos prò copia humorum, ita ut humorum multitudo quasi sarcina sit.

p. 120 l. 32 "θεορημάτων] i. Aphorismorum seu propositionum universalium, quarum aliæ demonstrari solent ab aliis; aliæ primæ sunt & indemonstrabiles.

p. 122 l. 19 γίγνονται [ὑγιεῖς] ex conjectura interposui ὑγιεῖς, etiam pro γιγ. legi ὑγιαίνον(), forsan ὑγιάζον()).

p. 124 l. 13 *ἐπιπεπλεγμένον] ex adstricto & laxo complexum: tertia Methodicorum communitas (de qua lib. de Sect. cap. 6.) sicut & μέγεθος, magnitudo.

p. 124 l. 49 δέομεθα μεγέθη] poscimus magnitudines, in accusativo, quod rarius est: tametsi apud Demosth. in Midiam legatur δέομαι σε τοῦτο. Quæ syntaxis nisi arrideat, post βοηθημάτων subjicere potes ἐπιζητεῖν: i. quærere indigemus.

p. 126 l. 9 ὅτι,] exc. πρὸς ὅτι: sed delendum πρὸς: quod ex præcedenti πρὸς irrepsisse videtur.

p. 129 l. 46 π.α.τις] fortè π.α.τινῶν, ut paulò pòst, πολίον τινα.

p. 130 l. 15 τέτων] fœmininum usum habet pro τωτῶν.

p. 131 l. 4 Ante ἐπεὶ, interpr. Lat. legit ὅπισχεπλέον δεῖ, sed inscitè.

p. 131 l. 38 ἑώρων] pro ὅτι ἑώρων.

p. 132 l. 6 'ξήτασε] inveniebat, excogitabat, quo tamen sensu τὰ 'ξετάζειν usurpatum vix deprehendas: & autor ipse forsan ἐξήτησε scripserat, victus rationem hanc postulabat, exposcebat.

p.132 l.48 σημᾶσθαι] observat. σημᾶσθαι, vel signo impresso aliquo notare, vel quasi ex signo aliquo observare & deprehendere aliquid.

p.133 l.23 ζωεργάσης] cod. ζωεργίας ἕσης. Bas.marg. ζωεργάζουσης ac ζωεργάζω non legitur.

p.134 l.26 [illegible], quid. Vide Gorrhæi dictionar.

p.135 l.7 κατ' ἀρχὰς] dele: quippe supervacaneum, & ex subsequentibus traductum.

p.136 l.10 σέλλην καὶ χαλᾶν] placidè lenitérque, non curiosè, comprimere, & laxare: respicere videtur istorum σάλσιν καὶ χάλασιν. De quib. tract. de sect. cap.6.

p.137 l.10 Hippocratis locus, unde hæc citantur, habet non ἄκρως, sed ἀκροσαπές. Vide Hier. Mercurial. var. Lect. l.2.c.7.

p.142 l.18 ἑκατέρας] positum pro ἑκάστης, uniuscujusque.

In lib. De cognoscendis curandisque Animi Affectibus.

LAtinum hunc fecit primò Guinterius Andernacus.

Nunc etiam Bernardinus Donatus Veronensis: cujus versionem secutus est Andreas Lacuna in Epitome.

Emendavimus quâ visum, ad Manuscriptos veteres, unum Adelphi, alterum Londinensem.

Neque hîc & in sequentibus mihi deerat solertia Th. Gataceri.

p.144 l.1 Titulum tam istius quàm sequentis libri conjunxit Galenus (lib. de lib.propr.to.4.368.4.) περὶ ἧς ἰδίων ἑκάστῳ παθῶν, καὶ ἁμαρτημάτων τῆς διαγνώσεως, &c.

p.144 l.32 ἐφεδρίας] propriè insessio & insidiatio, ad capiendos, atque opprimendos hostes. Metaphoricè hoc loco obsessio, qua vitia nostra quasi insidiando retegimus, & oppugnamus, &c.

p.144 l.44 δοξῇ] ut post pag. 145. l.10. pro δόξῃς.

p.145 l.4 διορθοῦν ᾧ χρὴ αὐτόν] vel ut codd.impress. αὐτόν. Priori modo sic verto. Corrigere se quisque debet: posteriori sic etiam transferre licet. Nos ipse Antonius corrigere, &c.

p.146 l.47 ὅπως ἂν] Locus ambiguus, ità forsan distinguendus, ὅπως ἂν ἐξαμάρτοι πάντα (sup. ἐγ. λε. ὁπ. δ. αὐτὸς) ἔπω λέγω. i. Peccata sua quomodo universa deprehendat, (cùm possim dicere, quomodo mea ipsius deprehenderim) nondum dico. Ait, nondum dico. Mox enim cap. sequenti, viam hanc investigandi fusiùs notam faciet.

p.147 l.6 δοκεῖν] vel δοκοῦντα. Impressi corruptè δοκᾶν.

p.148 l.22 μεῖζον ἄειρον] Pythagoras in aur.carmin. & Cleob. apud Laert.

p.149 l.8 μήτε ζωδεπνεύντα, καὶ τοῖς π.δ.ἢ πλουτοῦσι, κεκολλημένῃ τῇ δ.χρ.] lego, μήτε ζωδεπνεύντα τοῖς π.δ.ἢ.π. καὶ κεκολασμένῃ τ.δ. χ. cámque in versione lectionem secutus sum. Alioqui vertendum esset, & potentibus opulentísve adhærente vitæ instituto utentem. Quod durum nimis & insolens loquendi genus.

p.149 l.25 μέμψαι] Interpr. Latin. legit μέμψῃ.

p.149 l.45 ἀδιώατον &c.] locus primâ facie mendosus: si tamen pro ἑαυτῷ legas σαυτῷ, vel quod pro eodem usurpatur, αὐτῷ, rectéque interpungas; nihil ambigui.

p.150 l.21 Lego, ὅσα γ' ὀπὶ τῷδε] i. quantum ad hoc spectat: ut sit clausula præcedentis periodi, non initium subsequentis. Excus. ὅσα ᾗ ἐπ.

p.150 l.23 Pro τὼ σοφίαν] aut lege, aut intellige, τὸν σοφὸν.

p.150 l.26 πεδόντα] Ita Mſ. Londinenſ. excuſi πεδόντες.

p.150 l.30 μὴ πεθ'] Ita Baſ. in marg. excuſ. χὴ παθ'.

p.150 l.48 ἐξ ἀπῆ ἦ &c.] Baſil. appoſuit aſteriſcum marginalem *. Verùm nihil id opus, ſi vel τῆ poſt τόπου ſuppleveris, vel cum Baſ. Londinenſ. τῆ pro τέτο ſubſtitueris.

